This page was intentionally left blank

*

Pagina lasciata intenzionalmente vuota

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE
Mss
II
III
32
Provenienza
R. Museo di Fisica
(a. 1797.)
Vecchia Collocazione
1896

III

VIDII (Vidi)

Anatomes.
Libri III.

Vol. 32.

Ex R. Museo Physico Florentino Ferdinandi
III. M. E. D. munificentiâ postrid.
Kal. Febr. 1797. Archiv. nostrae Bi=
bloth. Vol. XVII. Docum. I.

In Catalogis omnibus nostrae Bibliothe-
cae omittitur ob tardam accessionem.

Vidii (Vidi) Anatomes libri III. ad Cosmum Medicem Reipublicae Florentinae et Senarum Ducem. Cod. in fol. chartac. archetypus saec. XVI. post annum 1557. scriptus quo Cosmus Florentiae simul et Senarum Dux appellari coepit. Figurae in aere caelatae, quas auctor operi aptavit, et foliis conglutinatae opportune videntur, ab exemplo editionis Romanae Anatomes Joannis Valverdii anni 1556. idiomate hispaniae scriptae, extractae fuere, et partium descriptarum ins postica facie typis expressam notitiam hispanica dialecto exhibent. Horum auctor fuit, teste Nicolao Antonio in Bibliothe Hispan. T. I. pag. 606., Caspar Bezerra pictor et sculptor. Duae tantum originales et calamo pictae eiusdem pictoris industria qui Collegio 31. P. III. figuras adfabre expressit, foll. 195. et 196. rectis visuntur. Tabulae

=

Valentianae non eadem ordine quo in opere impresso leguntur, sed diverso; scil.

Libri I.

Tab. 1. fol. 59. recto
2. fol. 63. recto
3. fol. 61. recto
4. fol. 63. recto
5. fol. 65. recto
6. fol. 68. recto
7. fol. 253. recto

Libri II.

Tab. 1. fol. 171. recto
2. fol. 173. recto
3. fol. 174. recto
4. fol. 175. recto
5. fol. 177. recto
6. fol. 178. recto
7. fol. 179. recto
8. fol. 183. recto
9. fol. 181. recto

10. fol. 182. recto.
11. fol. 183. recto.
12. fol. 184. recto.
13. fol. 185. recto.
14. fol. 186. recto.
15. fol. 188. recto.
16. fol. 190. recto

Libri III.

Tab. 1. fol. 229. recto.
2. fol. 230. recto
3. fol. 232. recto
4. fol. 234. recto
5. fol. 237. recto.
6. fol. 238. recto.

Libri IV.

Tab. fol. 252. recto.

Libri V.

Tab. 1. fol. 273. recto.

2. fol. 275. recto.
3. fol. 277. recto.

Libri VI.

Tab. 1. fol. 111. recto.
2. fol. 112. recto.
3. fol. 114. recto.
4. fol. 116. recto.
5. fol. 118. recto.

Libri VII.

Tab. 1. fol. 81. recto.
2. fol. 84. recto.
3. fol. 85. recto.
4. fol. 87. recto.

Fuit
Cosmi I. Reipublicæ Florentinæ et Se-
narum Ducis, et postmodum M. & D.
cui opus inscriptum est et aliorum
Medicearum MM. & DD.

=

Francisci Caesaris M. E. D. ex Mediceorum
Principum haereditate ut adparet ex
insignibus Bibliothecae Caesareae Me=
dicco-Palatinae fol. 2. impressis.
Petri Leopoldi M. E. D. Franc. Filii cuius ins=
su Bibliothecae & Musei Physici
Florentini invectus fuit.
Ferdinandi III. M. E. D. Petri Leopoldi Fil.
qui Cod. ex Museo Physico Florentino
ad Bibliothecam Malliabechianam
transferri iussit postrid. Kal Febr.
1797.

OPERVM SERIES ALPHABETICA

BEZERRAE (Casparis) Tabulae Anatomicae) Valverdii ab ipso delineatae et aeri incisae). Num. unic.

VALVERDII (Ioannis) Tabulae Anatomicae) XLII. a Caspare Bezerra delineatae et aeri incisae). Num. unic.

VIDII (Vidi) Anatomes libri VII. Num. unic.

VIDII (Vidi)

Anatomes

Libri VII.

Le Tavole in rame attaccate sono prese da un esemplare dell'Opera di Giovanni Valverde intitolata Historia della composition del Corpo humano Roma 1556. in fol. di cui Niccolò d'Antonio Bibliotth. Hispan. T. I. pag. 606. E' la prima edizione di quest'opera ed è in lingua Spagnuola. Le figure son disegnate dal Pittore Gaspare Bezerra come dice il medesimo Niccolò d'Antonio. Ho notato ad ciascheduna il posto preciso che hanno nell'opera e edizione prima del Valverde. Il Gori Gandellini non ha fatta menzione tra gli incisori di Gaspare Bezerra che fu Pittore e Scultore e incisore celebre secondo Niccolò d'Antonio nel luogo citato

AD COSMVM MEDICEM REIPVB. FLOREN. ET SENIDVCEM.

VIDI VIDI ANATOMEN.

INDEX EORVM QVÆ IN SEPTEM LIBRIS

Anatomes Vidi Vidij tractantur.

PRIMVS LIBER TRACTAT de Communibus totius Anatomes.

Continetur Cap: nouem

Quid sit Anatome CAP: I

Quam utilitatem afferat Anatome, et quātam requirat exercitationē CAP: II

Ad quā facultatem referatur Anatome, et ad Medicinā, ad quā partem propriē pertineat CAP: III

Quæ tractanda sint in descriptione Anatomes CAP: IIII

Qualem oportet esse Medicum, qui Anatomem profitetur, et qualē ministros CAP: V

De corpore quod incidendum est in Anatome. CAP: VI

De instrumentis ad Anatomem necessarijs CAP: VII

De lumine, loco, ac scamno idoneo ad Anatomem CAP: VIII

Quæ propriè tractanda sint in Anatome, et quo ordine. CAP: IX

SECVNDVS LIBER TRACTAT de ossibus, Cartilaginibus, ac Ligamentis

Continetur cap: tredecim

Quæ in singularū partiū tam simplicium q̄ multiformium sectione consideranda sint. CAP. I

De ossibus in uniuersū. CAP. II

De ossibus capitis. CAP. III

De osse hyoide CAP: IIII

De ossibus spinæ, sacri, et coccygis CAP. V.

De costis, ossibus pectoris, et iuguli. CAP. VI.

De scapulis CAP. VII.

De ossibus brachij. CAP. VIII.

De osse coxæ CAP: IX.

De ossibus genu CAP. X.

De Cartilagine CAP: XI.

De ligamentis CAP. XII.

De ratione parandi sceleti CAP: XIII.

TERTIVS LIBER TRACTAT de neruis, uenis, et arterijs:

Continet Cap: XV.

De neruis in uniuersum CAP. I

De neruis qui a cerebro oriunt CAP. II

De neruis qui à spinæ medulla oriuntur CAP. III.

De neruis, qui ad brachia, et crura feruntur CAP. IIII.

De Venis in uniuersum. CAP: V.

De Vena porta CAP: VI.

De origine uenæ cauæ à iecinore, et eius progressu ad partes superiores. CAP. VII.

De uenis q̄ per brachiū feruntur. CAP. VIII

De progressu uenæ cauæ infra ad iecur CAP. IX.

De Venis ad crus pertinentibus. CAP. X.

De Arterijs in uniuersū. CAP. XI.

De Arteria magna ascedente CAP. XII.

De Arteria magna descedente. CAP. XIII

De distributione uenarū et arteriarū quæ in caluariam penetrāt. CAP: XIIII.

De Arteria uenali, et uena arteriali CAP. XVI.

QVARTVS LIBER TRACTATVS

de Musculis

Continetur cap. IX

De Musculis in uniuersu CAP. I
De Musculis facieí CAP. II.
De Musculis ossis hyoidis linguæ, & gutturis CAP. III
De musculis humeri, cubiti, & manus CAP. IIII.
De Musculis mouentibus scapulá, caput, & dorsum. CAP. V.
De Musculis pectoris, & septo transuerso CAP. VI
De Musculis abdominis, uesicæ, colis, anitestium CAP. VII.
De Musculis mouentibus femur, crus, & pedem CAP. VIII
De sectione musculorú omniú CAP. IX.

QVINTVS LIBER TRACTAT

de Ventre.

Continetur Cap. XII.

Diuisio partiú externarú nostri corporis cú ipsarú nominibus. CAP. I
De methodo qua utendú est in ostendenda natura partiú, q secant CAP II
De Abdomine CAP. III
De Peritoneo, umbilico, omento. CAP. IIII
De intestinis, mesenterio, gládula, quæ προσεφερὲς dicitur CAP. V
De Ventriculo, & gula CAP VI
De Iecinore, uesica fellis, & liene CAP. VII
De Renibus, uesica, & canalibus, urinæ transitum præbentibus CAP. VIII.
De partibus genitalib in mari CAP. IX
De partibus genitalibus in fem. CAP. X.
De inuolucris foetus CAP. XI.
De Mammis CAP. XII.

SEXTVS LIBER TRACTAT

de sectione partiú uitalium.

Continet Cap. VII.

De collo, & thorace CAP. I.
De Membrana succingente costas, & thoracem diuidente CAP. II.
De Aspera arteria, gutture, & eius operculo CAP. III.
De glandulis quæ in faucibus continent, & una CAP. IIII.
De Pulmone CAP. V.
De Corde, & Pericardio CAP. VI.
De sectione thoracis, & uiscerú quæ in eo continentur. CAP. VII.

SEPTIMVS LIBER TRACTat.

de capite, membris, & de sectione siuerú

Continet cap. VIII.

De capite CAP. I.
De Crassa, & tenui membrana cerebri CAP. II.
De Cerebro CAP. III.
De oculis CAP. IIII.
De instrumento odoratus, auditus, gustatus, & de dentibus CAP. V.
De sectione cerebri, & reliquorú instrum. facultati animali inseruientium CAP. VI.

De Membris CAP. VIII
De sermone uiuo CAP. VIIII

VIDI VIDII DE ANATOME LIBER PRIMVS.
QVI EST DE COMVNIBVS TOTIVS ANATomes.

Quid sit anatome C. I.

Illud inter Platonis praecepta mihi semper antiquissimum fuit, cum nos monet, ut in quauis tractatione primum quid sit illud de quo agitur explicemus, ne si forte aliud instituerimus, aliud intelligatur, frustra de ambiguo laboretur. Ab hoc decreto in anatome nunc nobis instituta initium ducentes, quid graeci eo uocabulo notauerint, docere primum ingrediemur. Constat autem eos non aliud scire uoluisse, quam sectioné artificiosam partium animalis, ad earum naturam inuestigandam; aperitur hac definitione, et ab aliis distinguitur anatome, nequit enim in aliam facultatem transferri; id quod clarissime intelliges, si genus suis differentiis circumscriptum intueearis. Est autem genus proximum anatomes sectio, non quidem simpliciter, sed ea quae artificiose administratur, fortuita enim sine peritorum sectio nihil ad eam pertinet. Ex duplici igitur uerbo sectione nimirum et artificiosa describitur proximum genus, quod in accidentibus definiendis non petitur a subiecta materia, quemadmodum in substantiis, sed a forma, sicut nec differentiae quae generi iunguntur, in definiendis accidentibus sumuntur a forma, quemadmodum in substantia, sed partim a subiecta materia, partim a fine depromptae, ueluti nunc in anatome, quae cum sit accidens, definitur genere sumpto a forma, sectione nimirum artificiosa, differentiis uero partim a subiecta materia, partim a fine susceptis. Sunt enim in anatome subiecta materia, partes animalis, cum non quoduis secetur, sed corpus animalis duntaxat, ac non solum hominis, sed belluarum quoque, quas secare saepius cogimur: neque inciduntur sola cadauera, sed interdum belluae uiuentes, ad hominis naturam comprehendendam. Quare mehercule longe aberrant, qui anatomen sectionem humani cadaueris definiunt. Altera differentia sumpta a fine est, [ad inuestigandam naturam earum partium quae secantur] hanc necesse fuit iungere generi, praeter illam

VIDI VIDII DE ANATOME LIBER PRIMVS.
QVI EST DE COMMVNIBVS TOTIVS ANATOMES.

ANATOMES

Inspectio quae summatim usurpatur [illegible], anatomen a sectione artificiosa partium animalis; quam alij induuntur: ueluti lanij et coqui periti, qui belluarum partes non frangunt, sed (ut docet Plato) diuidunt articulatim id quod faciunt etiam structores conuiuij: qui aues erudita manu certis ductibus circumscriptis scindunt per pectus et clunes ut quae excutiuntur, frusta conuiuis apponantur. Quamuis autem sectio quamuis artificiose exerceatur in partibus animalis, non secus quam anatome, ab ipsa tamen deducitur fine proposito, neque enim eo spectat, ut naturam partium inquirat, sed ut elegantiam quandam intuentibus praestet.

Quam utilitatem afferat anatome, et quanta requirat exercitationem C ii.

Iam uero inspectio partium singularum, quam finem esse anatomes posuimus, non modo pertinet ad medicos, sed ad pictores etiam, fictores, ac philosophos. Qui fingunt, aut pingunt, ut agere imitari externarum partium imagines possint, ubi musculos, chordas, uenas, ossa quae cuti subeunt, probe teneant, ita ut eorum quoque intersit, apertarum partium compagem intueri. Philosophi, ut aliarum rerum omnium, ita animalium, et praecipue hominis contemplari naturam debent, quam minime intelligerent, nisi detectas, et patefactas singulas partes corporis inspicerent. Inde autem dignoscere possunt, tres ne partes habeat animus (ut Platoni uidetur) rationis, irae, cupiditatis, an simplex, unde quid sit; ut censent nonnulli naturae artificium, et deum optimum maximum praedicant, colunt, uenerantur, se fatentur, atque agnoscunt diuinam rationem, quae cum consilio, et prudentia, humanum corpus ingenuit. Eam dicunt esse naturam, quam dei artem, et prouidentiam constituunt. Sed relicta utilitate, quam ex anatome colligunt pictores, et fictores non mediocrem, philosophi magnam, transeamus ad eam, quam medici maximam consequuntur. Venantur enim per hanc quinque

secundum

secundum naturam est in singulis partibus nostri corporis, munera nempe, atque usus, quæ sunt effecta sanitatis, præterea compositionem ex forma, et materia, in qua consistit sanitas partium singularum, deprehendunt substantiam simplicium partium, quæ sunt materia instrumentorum, componuntur hæc ex pluribus partibus partibus simplicibus, ex quibus una propria est, neque alibi in uniuerso corpore reperitur: per quam suum officium faciunt, cætera usum aliquem præstant ad ipsum efficiendum. Insunt singulis partibus simplicibus certæ qualitates, ut mollities, durities, raritas, densitas, per quas inter se differunt, et materia fiunt instrumentis componendis idonea: quamquam hæ ubi grandes sunt, non ex simplicibus partibus, sed ex minoribus compositi efficiuntur: ut manus ex digitis, pulmo, iecur ex fibris: qualiscunque autem sit materia instrumentorum, deprehenditur per anatomen, non secus quam forma, ad quam pertinet magnitudo, numerus situs, unitas, conformationi uero subijcitur figura, superficiei asperitas, ac leuor, cauitas, ut canales, receptacula, et foramina. Magnitudo complectitur longitudinem, latitudinem, altitudinem. Ad numerum refertur multitudo partium tam simplicium, quam compositarum: ex quibus singula instrumenta, et uniuersum corpus conficitur. Ad situm spectat locus ubi pars residet, et nexus, quem cum alijs habet. Complectitur locus differentias sex, super, et subter: a priori parte, et retro: ad dextram, et sinistram, præter quas considerat medius interiorem, uel exteriorem sedem, e regione, uel contra, quæ tamen differentiæ sub sex prædictis continentur. Nexui subijcitur ortus: iter, ductus, finis, connexio partium: sed præter hæc omnia pertinet ad formam unitas, quam non solum in instrumentis, sed etiam in partibus simplicibus attendimus: cuius tamen hæc persecando patefiunt, quamuis ante latuerint: Falsa quæ est Empiricorum sententia, qui alijs plerasque se habere in mortuis exis-

existimant, quam in imis, et obid anatomem non solum ut foedam, sed medico etiam inutilem vrgeunt, quin potius pleraque apparent in mortuo qualia erant in viuo, et eandem materiam, ac non dissimilem formam praeseferunt id quod facile intelliges, si eorum vnamquamque ex simplicibus partibus spectes vt accidentia etiam, quibus formam contineri monstrauimus, sigillatim perpendas. Medicus hac notitia fretus, quam perscrutando sibi comparauit, beneualentes tuetur, iam labantis confirmat, eos qui in morbum aliquem inciderunt, ad integram valetudinem perducit, quod minime facere posset si esset eius cognitionis imperitus. Nam nec deprehenderet locum affectum, aut recte deprehensum curaret, neque enim ad partis faciendum locum sufficit actio laesa, cum saepe laedatur immolata etiam parte a qua proficiscitur, quod illi euenit qui digitorum manus motum amiserat, ex ictu ad spinâ, frustra enim admouebantur remedia ad digitos, quamdoquidem curare spinam medulla operiebat, quod Galenus faciens homunculum sanauit, id autem acceptum retulit notitiae quam per anatomem fuerat assecutus. Videbat enim a qua parte spinae deducerentur nerui, qui facultatem motus digitis praebent. Confert igitur proposita cognitio non modo ad cognoscendum locum affectum, sed etiam ad curandum, praesertim cum manus opera necessaria est. Si quis ignoret conformationem, numerum, situm, cum ad curationem deuenit, incertus quasi curator per ignota loca iter faciet, si restituere luxatos articulos conetur, non minus fortuito id faciet, quam si caecus traheret filum per foramen acus trajicere; sed leue hoc est; sibi si non prodesit, fortasse non multum obesset frustra laborans. At si sagitta euellenda sit, vel aperiendus abscessus, vel quauis alia de causa adhibendus scalpellus,

saepe aut

sæpe aut exitium, aut graue aliquod infortunium, ut neruorum distentione, sanguinis effusionem, aut certe deformitatem afferet incredibilem, nisi ad unguem teneat uenas, arterias, neruos, musculos, omnes, quorum—originem, finem, ductum, magnitudinem, numerum, situm, figuram, frequenti incisione perspexerit. Contra ille qui in corporibus incidendis plurimum fuerit uersatus, prompte manu utetur, uitabit periculum, circumspecte tractabit partes præstantiores; quod si rogatur transuersum musculum, neruum, aut chordam præcidere, actionem quæ inde proficiscebatur, perituram denuncians, reprehensionem effugiet, atque artis dignitatem retinebit. Nihil igitur æque expedit ægrotanti, atque in eiusmodi curationibus medicum accersire in secandis corporibus ualde exercitatum. Quid quod non solum partium naturam, sed uitia quoque interdum anatome patefacit. Aperiuntur aliquando cadauera, ut ueniant in conspectum internarum partium uitia, quæ hominem sustulerunt, quod in funere patris filij rogant, ut se defendere possint ab eo morbo, quem tanquam hæreditarium uerentur. Iubent indices aperiri corpora eorum, quos suspicantur ueneno fuisse interemptos, ut appareat, num uiscera mortifero poculo fuerint erosa, aut alio modo uiolata. His ita constitutis, postremam uero hanc affert utilitatem anatomes his qui chirurgiam exercere, et manu mederi uolunt, ut easdem manus operas quas ad ægrotantes deinde adhibituri sunt, adhibeant adhibeant ad cadauera in quibus uersati diutius quandam sibi comparabunt facultatem, per quam possint ægrotantes quantum res patitur, tuto, cito, et iucunde curare. His ita constitutis, facile intelligi potest, quanta sit anatomes utilitas, quam incredibilis, quam admirabilis; cæterum fæditas, cuius aliqui ipsam accusant, delectatione superatur. Tenentur oculi pictura, animalium imagines repræsentante, in quibus exter-

num dumtaxat est artificium, at quanto magis delectare nos debent corpora ipsa animalium: quæ non externum dumtaxat, sed internum quoque parentis naturæ artificium demonstrant. Non mirum igitur si prisci illi medici, ac philosophi adeorum partibus animalium persecandis uersabantur, si filios ab ineunte ætate eiusmodi sectioni assuefaciebant: intelligebant enim magis idoneam esse ad addiscendum teneram ætatem, quam firmam, quamobrem pepedeumenus appellabant peritos, qui a puericia fuissent instituti. Contra imperitos nominabant apedeutos, qui defuisset illis institutio a puericia. In fabricatoribus uasa quos magni faciebat, quemadmodum anatome, prisci filios ab ineunte ætate instituebant, ut assiduo usu, consuetudine quæ secandi partes nostri corporis perfectam cognitionem assequerentur. Exercebantur in ea pueri apud magistros, tradebatur autem per manus, neque litteris mandabatur ab Asclepiadum familia, qua extincta, Diocles primus eam scriptam reliquit, quod antiquo illo more neglecto dissuefactos pueros a sectione cerneret, qui si mansisset, supuacanei fuissent libri, a quibus quales singulæ partes sint, nobis declararentur. Nunc cum non seruetur ille mos, necessarij sunt libri, quibus tamen non est ex toto nitendum, tantum memoria ubi defecerit, eorum quæ sectione perspexerimus, redintegranda est, et intuitu imaginum quæ partes nostri corporis egregie repsentant. Oportet autem non solum semel, aut bis, sed sæpe oculis ipsis intueri, ac persecare animalium partes: ad similitudinem enim adhibendus est usus: mater geminos nosci consuetudine oculorum, inter homines celerrime illos agnoscimus, cum quibus plurimum uersati sumus; quæcunque uisu percipiunt, nisi sæpius inspiciantur, non custodiuntur in thesauro rerum

omnium

uocaiuum memoria, quæ usitata sunt, non facile elabuntur, stirpes si non sæpius aspiciantur, nequeunt memoria teneri ab his qui eas artem profitentur. Necessarius ergo est frequens intuitus, ut stirpium, ita nostrarum partium notitiam profitentibus, iuuat lectio, iuuat pictura, ut diximus, reuocando in memoriam partes tam stirpium, quam animalium; quæ nisi a pueritia impressæ fuerint, quamuis sæpe etiam postea inspiciantur omnino elabuntur; redeunt tamen in memoriam quadam quasi extrinsecus oblata impulsione, per lectionem, aut picturam. Sed longius labimur, redeamus ad finem anatomes, ex qua tanta colligitur utilitas, ut operæ precium sit diutius in ea uersari, usque adeo magni refert inuestigare naturam partium singularum.

Ad quam facultatem refratur anatome, etsi ad medicinam, ad quã eius parti proprie pertineat C.III.

Ex definitione quam satis superque explicauimus, intelligi potest, ad quam facultatem refratur anatome, exquisita enim cognitio partium singularum, ad quam spectat anatome tanquam ad finem, ad artem pingendi, aut fingendi non pertinet; quæ solam formam exprimit partium externarum, internas uero catenus perscrutatur, quatenus perspecto situ, ductu, origine, fine, processu, recessu, eorum quæ cuti subsunt, externam speciem aptissime imitatur. Neque enim contendunt philosophi pictores, aut fictores sibi comparare naturæ singularum partium quã anatome pollicetur notitiam absolutam, quæ nec pertinet etiam ad philosophos, quorum uidetur magis interesse; sufficit enim ijs naturæ artificium in hominis fabrica contemplari, aliter enim animaduertuntur res ab ijs, qui eas ad usum transferunt, aliter ab ijs qui ipsarum inspectione delectati, nihil in uita sunt aliud acturi. Cernunt philosophi, non faciunt, atque idcirco philosophia quamuis aliarum artium omnium nobilissima sit,

minus tamen ad uiuendum conducit, ex qua de re (ut testatur Aristoteles) postremo fuit exculta. nam ante ratio [illegible] artes inuenerat, per quas quaecunque ad uitam necessaria essent, solertia acquireretur. Inter eas medicina fuit, quae non solum contemplatur, sed facit; atque id etiam, quae per anatomen ostenduntur, diligenter inspectat, ut transferat ad usum. Ergo cum ad id quod uniuersas partes occupat latissimeque funditur, referri tota facultas debeat, perspicuum est anatomen ad medicinam attinere, quae sectis humani corporis partibus ex inspectione maximam colligit partem fructus, cum bene ualentes tueatur, et aegrotantibus restituat sanitatem. Caeterum cū multae sint medicinae partes, ad nullam magis pertinere anatome uidetur, quam ad chirurgiam. haec siquidem complectitur omnem manus operam ad curandum siue proxime, [illegible] siue media interiecta cognitione pertinentem. Ex operis autem chirurgiae, alia auferunt morbos, alia patefaciunt, uel postquā medicus ad curandum est adhibitus, ut cum demisso specillo q̃ alte uulnus insederit, explorat: uel antequam adhibeatur, ut cum persecando cuiusque partis naturam inuestigat. Referre igitur anatomen ad chirurgiam oportet, quod facit etiam Galenus, qui ut secundo libro de decretis Hippocratis et Platonis inquirat, oriatur ne motus uoluntarius a corde, an a cerebro, secat thoracem uiuentis belluae, et cor aut euellit, aut arcte comprehendit, quam anatomem appellat chirurgiam, idque merito, cum sit opera manus ad curandum si non proxime, saltem alio interiecto medio attinens. philosophis autem, pictoribus, uel fictoribus cum internas hominis partes intuentur, medicus anatomem ministrat, non secus quam huic faber ferramentorum, architectus machinamentorum compositionem suppeditat, quibus utatur. cum

turcum manu medicinam facit. Recito igitur nos cum chirurgia tradidimus, inter eius opera numeravimus anatomem, cuius suo loco mentionem fecimus, sed integram tractationem huc distulimus, ut continuata esset series operarum, quas chirurgicas molitur, quibus absolutis reuertimur ad anatomem.

Quæ tractanda sint in descriptione anatomes CIIII.

Proponamus primum de quibus agendum sit, inde orsi. quòd ex iis qui libros de anatome conscripserunt, plerique naturam singularum partium, tam simplicium, quàm compositarum, adeo diligenter persecuti sunt, ut substantiam, colorem, duritiem, mollitudinem, figurá, asperitatem, leuorem, caua, magnitudinem, nexum, sedem, numerum, originem, ductum, finem, actionem denique ipsam, atque usum, uberrime enarrauerint, nihilque præterierint, quod ad cognoscendum naturalem statum ipsarum facere posse uideatur, qd munus ad propositam tractationem non pertinet, sed ad eam quæ est de sanitate. Constat enim unamquamque partem tunc appellari sanam, cum naturalem compositionem retinet, quæ propositis rebus continetur, cum uero qui de illis agit, de sanitate agere manifestum est: sed qui anatomen profitentur, non sanitatem, et naturam partium singularum debent sibi enarrandam proponere, sed manus operam, per quam inuestigare ipsa possimus, hæc autem est minima pars eorum, quæ ab auctoribus anatomes traduntur. In similem errorem deferri eos diximus, qui de chirurgia libros inscribunt, in quibus morbos, causas, symptomata, signa, et præsidia omnia persequuntur, quæ attinent ad eos casus, qui manus operam desiderant, ita ut minima pars eorum librorum sit manus opera, quam profitentur, sed hos satis alibi improbauimus. Reuertamur ad eos qui integra uolumina de anatome conficiunt, in quibus sanitatem multo magis, quia

quod pollicentur enarrant. Quos tamen iure collaudare et defendere se posse aliquis inducabit primo quod rem utilem ac medico necessa riam tradant. deinde quod sine ipsa nequeant operam exponere quã profitentur. quandoquidem anatomes usum habet signi, quo unius cuiusque partis natura demonstretur. sunt autem signa ex numero eorum quæ referuntur ad aliud sine quo intelligi minime possunt. neque enim tenere signi alicuius notionem ualemus, nisi simul teneamus quid significatur. Quamobrem non potest tradi anatome, quæ nobis singularum partium naturam significat. nisi hæc quoque simul tradatur. hæ sunt quæ respondere possunt qui eorum scriptorum patrocinium suscipiunt. quos facile ex defensione deijcemus. Fatemur enim notitiam partium singularum quam perscribere exquisitam conantur summopere utilem esse ac necessariam medico. sed (ut prædixit monet poëta ille) nunc non erat his locus, cum absoluta et perfecta tractatio de natura unius cuiusque partis pertineat ad librum de sanitate non de anatome. Illud uero argumentum quod grauissimum, et firmissimum nunc iudebatur; de necessitate tractandi simul ea que mutuo ad se referuntur nullo negocio dissolui, nã detur non posse explicari signum absque re significata, et ob id anatomen absque natura singularum partium quam demonstrat, at non propterea perscribenda hæc est communicata cum anatome, sed ante (ut fecit Galenus) qui non iisdem, sed propriis, ut explicatis libris tractauit sectionem, à natura partium singularum, iam licet non iudeatur una ab altera posse separari, est tamen proprium suum utriusque munus natura unicuique partis ante quam de sanitate diligenter perpendenda, et ad iterum secanda est, posterius uero cum anatome leuiter percurrenda, et quatenus commemo-

A quemadmodum in sequentibus ostendemus.

randa

randa, quatenus postulat cognitio propositi muneris. Ne longior ponatur oratio in eo quod attingendum fuit, quam in eo cuius gratia attingitur: quod facere plerique solent in anatome describenda, quamobrem uolumen longius producunt, quod uix queat sermone annuo explicari. Breuiorem me duæ res fecerunt (debent), una est quam sequor methodum in singulis rebus tractandis. altera quod quæ non sunt huc instituta uel prætereo, uel si quando res postulat ut earum mentio fiat, breuiter perstringo, (decreueram) atque ea tantum in hoc uolumine uberius persequor: quæ pertinent ad patefaciendas singulas partes nostri corporis. hæ autem sunt operæ manus complures. quandoquidem aut secare oportet, aut fistulam demittere uel specillum alligare, inflare, hamo prehendere, detergere, abradere, et alia multa moliri, ex ijs quæ in chirurgia enarrauimus. + Quamuis autem operæ ad anatomen requisitæ plures sint, nomen tamen apud Græcos obtinuit ab una sectione, qua ex maiori parte utitur. Eiusmodi igitur omnes operas explicare necesse est, quod antequam sigillatim fiat, operæpretium est, præcepta quædam omnibus communia recensere: quem ordinem in chirurgia quoque seruauimus. Sunt autem eadem fere communia, quæ proponuntur hic, atque ibi, eadem enim attenduntur in parte chirurgiæ, atque in tota. nimirum medicus, ægrotans, ministri, instrumenta, lumen. Hic tantum pro ægrotante considerandum est corpus incidendum, quibus constitutis ad operas in singulis partibus exercendas transibimus.

+ Verum illud me mutare initia cogit quod ... librum de ... singulares ... ea hic adijcere ... ipsa attingere ... quæ de ea hic fuit describere ... in eo libro quem ... singularis partium tradendæ ... uberrime persequar. ^

Qualem oporteat esse medicũ qui anatomem profitetur, et quales ministri. C V

Veniat igitur primo in medium medicus, qui administrare anatomem debet. profecto cum idem sit, qui opera manus utitur in curando, necesse etiam est ita sit instructus, ut in chirurgia præcepimus, ubi ipsum spectauimus. et priusquam ad curandum

ad curandum adhiberetur, et postquam adhibitus esset. Triplici autem bonorum genere fortunæ, corporis, et animi præditum esse ipsum uolumus priusquam ad curandum adhiberetur desideramus in eo fortunæ bona, ne ob angustiam rei familiaris auocaretur a studio, atque ab operibus artis eadem nunc in corequirimus qui uersari debet in corporibus incidendis longum enim tempus postulat hæc ars, et hominem qui omnibus rebus posthabitis totum se in inuestiganda natura nostrarum partium conferat omnemque in eo studium curam atque operam ponat non solum quæ plurima sunt quæ noscere debent sed etiam quæ sæpius inspectanda sunt quæcunque enim oculorum sensu percipiuntur facile excidunt nisi assiduitate inspectionis ut supra monstrauimus memoria reficiatur. Ex bono corpore necessaria est sanitas laboriosa enim est operatio hæc quam præstare homo infirmus non ualet. requiritur potissimum clara oculorum acies ne animaduersionem quidque fugiat incidentem sæpe enim paruæ etiam particulæ maximi sunt momenti, et usum præbent incredibilem quod in neruulis quibusdam accidere uidemus. Requiritur et manus strenua, atque agilis ut cum necesse est altius scalpellum demittere secare quæ duriora sunt impellere educere atque in diuersa contendere possit hæc firmissime præstare: dexteritas uero manus efficit, ut cæteris inuiolatis tantum scalpello attingatur, quod propositum est, tum ut apte inter se partes diducantur, neue dum una tractatur, altera laceretur: præterea ut cutis a subiectis corporibus adhuc integra separetur. Sic ullo iucunditatem, quam spectatoribus affert dexteritas, haurit in alijs artibus amamus, ita etiam in secandis corporibus animalium, et eo magis, quo materia tractatur longe nobilior, quam ligna, lapides, aut

des, aut nectella: Restant bona animi, quæ in morales uirtutes, et scientias separantur, uerusque rusticus esse debet medicus ad ægrotantium curationem sed ad animalium corpora secanda, non ita necessaria sunt uirtutes, sicuti scientiæ, ergo præter dialecticen, ac naturalem philosophiam, peritissimus esse debet medicorum, et ad unguem tenere hominis naturam, situm, actionem, formam, et materiam non solum didicerit, sed animo firmissime teneat, ne ipsa sectione hæreat, sed prompte, atque expedite suum munus exequatur, alioquin minus idoneus erit qui belle incidat euellat, monstret, unumcuiusque partis constitutionem. Si quis autem roget quo pacto uiri hæc a medico ante anatomen possint, cum per ipsam inueniantur, huic audacter respondebimus, neminem idoneum esse eiusmodi sectionis professorem, nisi prius quæ per sectionem patefiunt, partim lectione, partim inspectione didicerit apud magistros anatomen exercentes, et ueluti qui digitum ad fontem intendunt, ostendentes quæ reperiunt. Si quis autem leuiter cognoscens nostrarum partium naturam, de libris, aut de præceptore per se uelit secare, ut testimonio oculorum comprobet quæ didicerat, primo quidem ut ignarus secandi, lacerabit partes corporis quod tractabit, sed processu temporis tandem fiet peritus. non secus quam citharœdus citharam pulsando: præcedet sectionum perfecta potentiam perfectam secandi. Exerceatur autem priuatim plusquam publice et naturam tentent singularum partium ostentare. Talem igitur esse medicum uolumus, priusquam anatomen aggrediatur, sed cum iam aggreditur, cultum habitum, actionem in eo requirimus, qualem præcepit Hippocrates, ut aptissime exequi suum munus ualeat. Cultus potissimum M refertur ad unguem, et uestem; ungues non secus quam in—

alys chirurgis sequent digitorum uaricationes, ideoq; breuiores prehendere nequeunt breuia corpuscula, longiores incommodi sunt. Vestitus ita collectus sit, ut neque fluat, neque strangulet, tum dextera sic ut auersa parte duplicetur. Habitus medicandum secat, talis sit ut iuuenedeat, sinisterq; tum modo collectus, ut pectus sit ad operas exequendas, nec tabulis ne labet. In agendo autem manum digitis summis, plerunque mediae cum pollice, interdum et tota manu prona aut ambabus aduersis. Hactenus de medico, transeamus ad ministros quibus egent ad anatomen, ut abluant ut succint, detergat, abradant corpora quae putrefacta debent ut affligent, ac contineant uiuentes bestiolas, ut intestina, uiscera et quae subinde incidentur, auferant, ut ossa cadaueris purgent ad scheletum faciendum ut partes quae incidantur, aut ab alys separantur digitis aut hamis prehendant, ut infleant prostatam uesicam et alia generis eiusdem, multa multa ministrent, inseruiant etiam in separandis cutis a subiectis corporibus, si quando hoc manus ipsus ubique sit demandatum, nam in buccis ne latitant musculi qui cutis ualide inhaerent atque admixti sint, similiter sub alys. Galenus autem a se remouendam existimauit, qd si illi periti sint, aut leuiter eius modi ministerijs instructi, melius inseruient. Adhibere solemus infractos homines, qui ut magis assueti laboribus non defatigantur assiduitate non cessant tractare aut auferre quae sordida sunt, sed quicunque sint debent iuxta praeceptum Hippocratis tacere, parere imperanti medico, ut cum hoc, uel illud instrumentum petit, praesto sint, obsequantur, praebeant quod petitur, sint etiam securi, ne praesente cadauere lacruas pertimescant, atque examinentur.

De corpore quod in anatome incidendum est CVI.

Medicus dum in curatione uersatur, tractat solum corpus, humanum, atque illud uiuens, nam quod defunctum est, non tenetur

amplius

amplius morbo, qui(ut docuit Aristoteles)est affectus uiuentis, et ideir-
co curationem non postulat, quadrupedum uero curatio non per-
tinet ad medicum, sed ad eum qui profitetur ueterinariam artem qu-
am dicunt, aut mulomedicinam: quam ob rem a medico unam cor-
pus uiuens curatur. Aperitur autem in anatome non modo huma-
num, sed belluarum quoque. inciduntur enim hæ non modo mortuæ,
sed etiam uiuentes: quæ sectio partim ad alios, partim ad ipsum medi-
cum confert: ad alios quidem ut fictores, pictores, philosophos. siquidem
qui fingunt, aut pingunt, conantur non solum hominum, sed bellu-
arum quoque speciem exprimere, et ideirco non tantum illorum,
sed harum etiam sectas partes intuentur. At philosophi qui specta-
tores sunt rerum omnium quas natura constituit, ut hominum, ita
et belluarum partes inspectant, atque admirantur: nam his quoq;
quamuis minimæ sint, et nullius æstimatæ habeantur, usum dij ut-
sapienter existimant Heraclitus. Ad medicum uero eatenus spec-
tat sectio belluarum, quatenus non sunt præsto cadauera humana.
uetat enim superstitiosa quorundam religio, in quo casu cogitur
belluas quantum potest similes incidere, ut nostrarum partium
naturam inuestiget. Adde quod ubi de sectione, uel usu alicuius
ambigitur, ad quam partem referatur: nihil expeditius est, quàm
uiuens animal secare, facile enim sic apparet, a qua parte quæque
uis proficiscatur, et quem locum curare oporteat, ubi illa aut interit,
aut imminuitur. Quamobrem necesse est belluam aperire, non homi-
nem, quamuis Herophilus, et Erasistratus nocentes homines a regib⁹
e carcere acceptos uiuos incidérint, considerarintque etiam spiritu-
manente ea quæ natura ante clausisset, neque enim crudele existima-
bant (ut ait Cornelius Celsus) hominum nocentium, et horum quo-
que paucorum, remedia quæri populis innocentibus, sed mimis-

8

terum nimis inhumanum, nimis crudele est uiuorum hominum membra, aluum atque præcordia incidi, et salutis humanæ præsidem artem non solum pestem alicui, sed hanc etiam atrocissimam inferre, cum præsertim quæ tanta uiolentia quæruntur, perspici queant in belluis, quas natura alioquin ad hominum utilitatem ingenuit, quamquam ab his etiam abstinuit Porphyrius, et quicumque sequitur Pithagoram, scelusque existimant uesci eorum uisceribus neque intelligunt, om̃ia quæ sunt in mũdo hominum causa facta esse et parata, tantumque abesse ut bestiarum causa parata sint, ut ipsas etiam bestias dij immortales non ad aliud, quam ad usum hominum fabricati esse uideantur Sed his relictis statuamus quomodo affectum esse debeat corpus quod secatur Ergo ad munera singularum partium perspicienda ut neruorum, arteriarum, musculorum, præterea uiscerum, ut cordis, pulmonis præstat uiuas belluas secare, quod Galenus se fecisse non solum scribit, sed docet ẽt qua ratione id fieri commode possit. At ubi latentium partium patefacere materiam, et formam oportet, idoneum est cadauer ad id quod quærimus inuestigandum, præsertim ubi humanum sit, siquando hoc desit, simia accipitur, non quælibet, sed illa potissimum quæ hominis figuram inter alias maxime refert. habet hæc faciem breuem, et rotundam, temporũ musculos exiguos, caninos dentes paruos, pollicem digitum in manu maiorem alijs, os pectoris inter quadrupedes latissimũ, eadem minime pilosa est, erecta stare potest, belle ingredi, et uelociter currere, uidetur hæc non solum similis homini, sed undiq; par, dissidet tamen in quibusdam quæ Galenus animaduertit, et in pluribus quæ iuniores, quibus maxime data est facultas

incidendi

incidendi humana cadauera diligenter obseruarunt: multæ enim sunt dissimilitudines inter ipsam, et hominem ut in musculis compluribus, in intestino, in mesenterio, in omento, in fibris pulmonis, sed aliquibus proueribus admonitu quando id fieri non potest quod uelis, id uelis quod potest, ad simias confugiendum est, cum non est copia humani cadaueris, id quod coactus fuit facere Galenus, cui raro permissum fuit aperire cadauera humana. Aperuit igitur quæ ab his non multum distarent, atque imprimis simias quas narrauimus, quæ ubi non dentur, iubet ut aliæ simiæ accipiantur, minus enim dispares sunt, quam aliæ bellua, at ubi nec hæ quidem sunt, ursum eligit, deinde aliam quadrupedem ex ijs quæ dentes habent serratos, postea suem, tum belluam aliquam ex ijs quæ cornibus prædita sunt, et unguibus bifidis, postremo solipedem, et ruminantem, reiecit autem paruas bestiolas ut feles, et mustelas. quod harum partes plurimum distent ab humanis, et quod ob paruitatem minus conspicuæ sint, quam in grandioribus bellus. Necesse igitur est ubi non sit hominum, secare cadauera quadrupedum, quantum fieri potest simillima, nulla est autem tam dissimilis, quæ non habeat multa communia cum homine, quæue non præseferat partes aliquas per omnia pares. In ijs igitur secandis, et inuentibus, et mortuis, debet assidue uersari ille qui anatomem profitetur, ut consuetudine inueniendi dexteritatem quandam sibi comparet, per quam deinde ita artificiose incidat, ac publice ostendat humani cadaueris partes, ut summam moueat spectantibus admirationem. His ita constitutis, satis iam constat in anatome non modo humanum corpus secari, sed etiam bellurum, quæ solæ inuentes ubi res postulat, incidantur, sed quia ad id quod quærimus, multum interest qui sexus, quæ constitutio corporis, quæ ætas,-

qui habitus, qua ratio, et quod tempus necessarium in corpore qd secatur, idcirco singula seorsum expendenda sunt. Quod attinet ad sexum, qui animalium naturam perscrutari uolunt, pro iusque, et communiter tam mares, quam foeminas debent inspicere, ita ut tam maiorum, quam foeminarum cadauera incidenda sint, et modo hæc, modo illa, prout res ipsa obtulerit: siqd autem in disquisitione positum sit de mammis de utero, defœtu, secetur foemina, siue homo, siue bellua, alioquin marium corpora euidentius uniuscuiusque partis naturam patefaciunt. utrumuis seces, siue marem, siue foeminam, praestat eligere corpus maxime secundum naturam affectum. cum eo sectio spectet, ut quæ secundum naturam sunt, sese ostendant; cum præter naturam affectum est, nequit naturalem compositionem quam quærimus demonstrare. danda igitur opera est, ut habeantur ~~non modo~~ habeantur non modo hominum, sed bellua rum quoque cadauera, quantum eorum conditio patitur, naturalem compositionem retinentia, id quod maxima ex parte faciunt quæ e suspendio statim accipiuntur, sed multo magis quæ ex poculo ex papaueris lachryma interimuntur, quo necari solent sorices, quorum corpora aduersum anatomes medicorum academijs concedantur. Galenus uero simias iniecto fune strangulari in aqua uolebat, ne ulla pars colli uiolaretur. Sed cum postquam interempta sunt corpora, non diu seruent naturalem compositionem, nam aut putrescunt, aut exsiccantur, aut contrahuntur, ita ut uix separare cutem a subiectis partibus liceat, ~~quamobrem~~ satius est recens mortuum secare, siquando inaruit, ac riguit, perfundatur aqua calida, sic emm—

mollitur

molitur quasi recens mortuum, earum tamen belluarum quæ sanguine humidiori continentur uelut sues, præstat uetustum cadauer; quod recens est, minus idoneum est, cum sanguinis suffusio incisionem pariter impediat, atque aspectum, atque idcirco talia corpora uetusta accipimus, et in aere frigidiore aperimus. Porro atus animalis cuius cadauer secandum est, firma ad pleraque partes inspiciendas aptissima est, quamquam nerui, et ligamenta melius apparent sesso confectis, cum non obruantur pinguedine, qua etiam carent ætate tenera, sed tunc eusmodi partes nimis exiles sunt, et imbecillæ, ita ut præstet semortuis corporibus apertis ea inspicere. Ergo ubi detur optio, talia inuadere corpora oportet, q̃lia descripsimus, aliquin ea quæ quæ ad manum sunt. qua ratione autem collocari debeãt, agemus qua de lumine, et loco ubi administratur anatome, si ante instrumenta quibus utendum est, proposuerimus.

instrumenta ad anatomen necessaria CVII.

Operæ quas anatome requirit, quamuis in magna ex parte ad sectionem referantur, unde nomen traxisse hanc facultatem diximꝰ, sunt tamen pleraque aliæ quas chirurgicus præstat in curando. Quamobrem facultas hæc, illis utitur instrumentis, quæ in unaquaque opera chirurgiæ uberrime exposuimus, eadem nunc summatim repetemus, adijcientes si quod nouum requiritur, quæ ibi minime fuerit enarratum. In unumquemque autem utriusque chirurgia, ita in anatome instrumenta tot, et talia esse debent, quot et qualia ualeant nobis ad perficiendas operas inseruire. In curandis quidem ægrotantibus: cum aut sanitas restituitur, aut nulla noxa infertur, tunc demum uarius operam tuto præstare, in exercenda uero anatome cum nulla pars lacerabitur, sed unaquæque quantum fieri potest, statum suum

retinet naturalem, quamobrem ad instrumenta perquæ secamus, alia quoque accedunt quæ efficiunt ut tuto secemus, huius modi sunt stili quos indimus in canales aperiendos. tum laminæ membranæ custodes μηνιγγοφύλακες græci nominant. Reliquæ duæ animadversiones, scilicet ut celeriter, et iucunde unamquamque operam præstemus, communes sunt artium aliarum, præcepit enim Hippocrates quemadmodum in chirurgia narrauimus, ut in quauis arte quæ cito, et iucunde fieri possunt cito et iucunde fiant, atque idcirco etiam in anatome administranda impetus probatur medicus ille, qui opportunis muneribus non solum tuto sed cito etiam et iucunde fungatur. Nam quod attinet ad celeritatem, qui celerius unamquamque operam efficit, minus incomodo afficit; Ad expediendam operam apposita sunt cuiusque generis complura instrumenta ueluti complures cultri, ut cum unius acies hæbescat, altero utamur: eodem consultum non solum complura, sed etiam opportuna, et idoneo loco collocata. Cæterum iucunditas, quæ in chirurgia maxima ex parte ad ægrotantē, in anatome ad spectatores refertur, qui fastidiosius, ac diutius in theatro retinentur, sicut aliquo pacto oblectentur, et nihil aut certe quammininum offendantur, huc ergo spectat iucunditas Quamobrem habeantur instrumenta elegantia, ad exercendas operas necessaria, habeantur quæcunque ad iucunditatem conducant, quemadmodum spongiæ, nasi, odores; Instrumenta igitur tot, et talia esse debent, per quot, et qualia, possimus operas institutas tuto, cito, et iucunde præstare. Postulat autem instrumentorum structura tam formam, quàm materiam idoneam, materia alia aliis aptatur: neq; enim eadem omnibus conuenit, quædam fiunt ex ligno quædam ex

dam ex metallis, ut ex argento, ex ære, quamuis pleraque conficiantur ex ferro alia molliore, alia duriore. Postulant et instrumenta aliam formam, et ad alias operas, atque ad eandem in alijs partibus efficiendam, uelut ad sectionem, cuiet cultri, et scalpelli multiformes inseruiunt, sed quam materiam, quam formam postulet unumquodque instrumentum, intelligemus, si una cum operis ad quas aptantur singula perpendamus. Sumemus autem in prima sectione, quæ et ipsa per se maxima ex parte usu uenit, et alias opas sibi quasi ancillulas subijcit, utiturhæc instrumentis non solum forma, sed etiam materia inter se differentibus, nam quamuis maxima ex parte conficiantur ex ferro, sunt tamen nonnulla ex buxo, uel alio ligno densiore. Aptantur hæ ubi molliores partes separare inter se uolumus, quemadmodum musculos ualde in hæ rentes, nam ubi ferreus scalpellus adhibeatur acies abrumpitur, et qđ separandum est, lacerat, alioquin ad incidendum debent conflari instrumenta ex ferro uel duriore, ut ad ossa, cartilagines, ligamenta, et alias eiusdem generis partes duras, uel molliores ut ex calybe, ad secandas partes molles: sub forma quam spectare in instrumentis secantibus debemus, comprehenditur figura, magnitudo numerus non secus quam sub forma partium nostri corporis. Ad figuram attinuet cuspis, gladij enim siue cultri, siue scalpelli, in acutum mucronem desinunt, quibus utimur ubi per angustiora loca penetrare necesse est, alij desinunt rotundi, ac lati, atque hi opportuni sunt ad diducendas membranas, sed inter cuspides acutas, aliæ rectæ figuratur, aliæ ad similitudinem falcis, ut hæc ad obliquam, alia illa ad rectam sectionem accommodetur. Subijcitur etiam figuræ acies, quæ uel æqualis est, quemadmodum in tonsorijs cultris, atque in scalpellis, uel inæqualis, quemadmodum in serreis quæ cunei-

modo figuratos dentes habent pectinatim dispositos, qui facile imprimantur: ualeantque durissimas partes ueluti ossa persecare. Verum acies æqualis non semper eodem modo acuta conuenit, sed magis ubi incidenda sunt partes molles, minus, ubi secare ualde duras oportet: ueluti ligamenta, cartilagines, ossa expiatum tunc habes. Acies postulatur acuta, uel ab altera parte tantum uel ab utraque, prout scalpello uel ab uno latere, uel ab utroque incidere necesse est. Magnitudo item secantium instrumentorum, quæ diximus sub forma comprehendi uaria est: quædam enim grandia requiruntur, quædam parua, quædam media, ut respondeant partibus incidendis, et ita aptentur operis quas molimur. De numero autem ante diximus multis opus esse instrumentis eiusdem generis, ad celeritatem comparandam. Is eiusmodi numerus non pertinet ad formam, quam nunc in eodem instrumento attendimus: ubi pars secanda est, opus est interdum simplici scalpello, cum ab uno tantum latere secari debet, interdum duplici, ueluti ad costam secandam, ad quam excisoriam forficem adhibemus, quæ constat ex duobus scalpris oppositam aciem inter se habentibus, ac media fibula distantis. Ad sectionem præter secantia instrumenta, cotem quoque pertinere manifestum est, qua illa subinde acuantur cum eorum acies sectione retunditur. Refert uero et ad sectionem malleus, quo culter hæbetiorem aciem habens ad dividenda ossa impellitur. Cæterum sectioni aliæ quoque operæ subseruiunt, ut prehensio, et custodia, atque idcirco etiam instrumenta, quibus ad prehendendum, uel custodiendum utimur. Interea dum secamus, aptissimus sunt digiti sinistræ manus, sed lumini officiunt, ideo uulsella, aut hamo prehendimus

particulam

particulam quam resolumus. Habemus autem hamos aureæ magnitudinis, ut eum particulæ injiciamus, qui maxime aptatur. Ad castodiendum uero lamina demittimus aut stilum ex metallo, uel ligno, uel dimidiatam fistulam æneam, in uenas, arterias, aut sinus, deinde scalpello lineam ducimus, qua parte eiusmodi instrumentum aliquod demissum est, quo fit ut aperiamus quod uolumus altera parte inuiolata. quamquam demittimus etiam stilum, aut specillum, ut sinus spectemus, et amphractum inuestigemus, atque ita naturam partium patefaciamus. Atne in hac inquisitione laceremus partes quas attingimus, stilo, aut specillo ut mucrone plumbo, quod facile sequitur, spectat hæc opera ad sectionem tanquam magistra. Non secus quam inflatio, per quam intelligamus partium amplitudinem naturalem, desident enim incadauere partes quæ turgere solent, sed admoto clystere, uel folle fabrorum, aut ore ministri inflantur, et eo pacto ostendunt quantum secundum naturam distendantur, cognoscimus hoc pacto intumescere adeo pulmonem, ut compleat spacium thoracis, et cerebri membranam caluariæ. At per fistulam non modo inflamus, sed dignoscimus etiam an sanguis in arteriis contineatur, aperitur enim uiuentis bellua arteria in quam fistula, aut calamus demittitur. Præterea ut stabile sit corpus quod aperitur, et commode secari possit, adiiciuntur ferramenta, aut fulcra ex palcis, pannis, scorteis, pulmillis, aut alia eiusdem generis. Iam uero canales, ut nerui, et arteriæ, cum una bellua secantur, laqueo intercipiuntur, ut apparcat unde natalis, aut animalis facultas profluscatur sed ad laqueum nectendum injicitur filum aliquod ut ex lino, aut serico, peracum, quam sub canali traiecimus, ad quem usum habentur acus plures, obliquæ autem commodiores sunt, pro acu utimur interdum specillo, ab altero capite perforato—

Alligamus etiam in cadauere uenas, aut arterias, ne cum secantur, sanguinis suffusione aspectum impediant earum partium, quas inquirimus, et simul foedius spectaculum reddant. Alligamus etiam intestina ne dum extrahuntur, et alias partes inquinent, et foetorem teterrimum emittant, ita ut spectatores intolerabili odore repellantur. sed alioquin foetorem cadaueris solemus repellere thuribulo, et alio eiusmodi uasculo, odoribus incensis. solemus et fasciculos florum parare, e quibus afflent odores, quamq; tradit Aristoteles, ea quæ male olent si cum ys miscentur, quæ inoffensiuo odoris suauitatem, deterius olere, quòd magis penetret ipsorum foetor, ac desipiatur experimento tamen compertum est, foetorem ab acerrimi odoris suauitate superari. Operta hæc quæ odorationem comparat, si non ad secandum, certe ad iucundius secandum conducit, sicuti et detersio per spongias, quæ plures habeantur, ut absorbeant quicquid sanguinis, aut sordis effluxit, ut sine ulla foeditate aspiciantur partes, quas patefacere instituimus. Spectat et ad iucunditatem amotio eorum, quæ subinde e corpore educuntur, ad quem usum parantur uasa, in quæ infundantur. Constat igitur operas omnes, et omnia instrumenta quibus utimur in aperiendis corporibus, aliquo pacto ad sectionem referri. Ea quia secto corpore ossa purgantur, et simul iunguntur, fitque quod græci σκέλετον nominantur: necessaria etiam est terebra, aut subula, qua perforentur ossa, necessarium est et filum ferreum, aut æneum, quo inter se nectantur. Hactenus de instrumentis anatomes.

De lumine, loco, ac scamno idoneo ad anatomem. CVIII.

Superest quintum ex ijs quæ communia esse omnis chyrurgiæ monstrauimus, lumen uidelicet, quod pertinet quoque ad anatomē, idque merito, cum sit quoddam chyrurgia, cadit autem lumen

sub artem,

sub artem, quod apposite ad institutam operam aptetur, non a quolibet, sed a perito, atque artifice. Quamobrem de ipso lumine nunc agemus, et simul etiam de loco quem collustrare debet, ubi secare corpora conuenit, id quod in chyrurgia quoque obseruauimus una cum lumine persecuti officinam in qua chyrurgicus suas operas molieretur, quamquam ad ægrotantem tantum, et medicum ibi lumen retulimus. Talem enim esse uolumus, ut Medicus cernere posset partem quam tractaret, et ægrotans nullam inde acciperet offensam, id quod Hippocrates præcepit (cum ait) Ex luminibus quæ dantur conferuntque, ægrotans semper conuertendus est ad illustrissimum. Verum in anatome referendum lumen est ad medicum, non tamen ad corpus quod tractatur; nulla enim habenda est ratio belluæ, aut cadaueris quod aperitur, sed magis conuertendum est ad eos, qui spectatores se præbent partium, quæ inciduntur: ita enim moderari lumen oportet, ut ipsorum oculis singula subijciantur. Siquando autem medicus priuatim sectionem aggreditur, ut aliquid per se inuestigat, nihil ad eos spectabit, sed lumen siue naturale, siue artificiosum adhibebit, sic ut facile perspiciat, quæ inquirit, facile item sibi locum eliget opportunum. Verum ubi publice administretur anatome, ut solet in recte institutis philosophorum, ac medicorum academijs, eo dirigere lumen oportebit, ut quæ aperiuntur, ab ipsis spectatoribus clarissime discernantur: hoc qualis esse debeat; si quis alius locus ad hanc operam aptissimus sit, aperiemus, exposuerimus. Profecto cum hic ad uidendum pertinere debet esse theatrum; quod a uidendo nomen inuenit, neque aliud est theatrum, quam ædificium uidendis spectaculis idoneum; proponebantur a ueteribus scoenica ludi in theatris, quorum multa adhuc uestigia, et quasi

cadauera cernuntur: sic autem struuntur. Ex integro circuli spacio quarta pars scenæ datur, reliquum theatro tribuitur, est autem scoena quasi frons theatri: eius modi fuit apud ueteres prima extructio, sed deinde duobus theatris simul iunctis coeptum est ædificari amphitheatrum, ouata figura, ad ludos gladiatorios, et conclusarum ferarum uenationes, postquam uero quam amphitheatrum in longam figuram tractum est, uocatus est circus, qui locus maxime opportunus est ad ludos curriculos, ad curricula hominum, atque equorum, ad uenationes, ad naumachias, sed tam in amphitheatri, quam in circi cauea gradus sunt, quæque uersus ex quibus sedentes spectare commodissime possint, quæcumque in arena fiunt, hoc est in media area, quæ inde nomen traxit, quod sterneretur arena. In theatro gradus non sunt undique extructi, nam quarta parte circuli ut diximus scoena collocata est, ubi scoenici ludi fiunt. Ergo locus ubi anatome publice administratur, magis theatri formam habet, quam ouatam illam amphitheatri: aut longam circi: spectatores enim non debent grandiores res intueri, ut aut rigas gladiatores, uenationes, naumachias, quæ etiam ex loco remoto spectantur, ut in amphitheatro, aut circo, sed minutas animalium particulas, quæ non nisi ex uicino loco discernuntur, quam obrem isti spectaculo maxime idonea est forma theatri quam descripsimus, media enim scoena collocatur scamnum, ubi iacet corpus quod inciditur, et ab uno latere ministri, ab altero medicus qui sectioni præest, spectatores autem in theatri gradibus residunt, uel potius stant, quasi pulpito innixi, tignis ad eum usum dispositis, in prominenti parte graduum, unde simul omnes intueri queunt, quæ subinde aperiuntur. sed ut hæc idonea forma theatri est, ita etiam magnitudo quæ

spectatorum

spectatorum multitudini respondeat; quod obseruatum a ueteribus cernimus; nam in paruis opidis ac municipijs, ubi paruus esse debuit spectatorum numerus, parua theatra ædificarunt, contra magna; in magnis, ac frequentissimis urbibus, ut omnes inde auidi optime caperent; intelligebant enim nihil magis spectaculis aduersari quàm perturbationem, atque tumultum, quem illi excitant, qui iam completis gradibus angustiori theatro superueniunt, nam eum cernere nequeant quæ agantur; indignati, atque alijs inuidentes; omnia perturbant, id quod etiam usu uenit, ubi corpora aperiuntur; nam si ex celebritate academiæ theatrum iam refertissimum sit, neque omnes capere possit, omnia perturbatuose turbantur; debet igitur theatri magnitudo spectatorum multitudini respondere. Quod si locus ubi constitui debet, angustis finibus concludatur, ita ut nequeat opportunam eius magnitudinem admittere, pro theatro cogimur amphitheatrum struere rotundum, ea enim figura est omnium maxime capax, ubi etiã conclaue quo continueri theatrum debet, non solum minus late patet, sed etiam quadratum est, amphitheatrum commode ibi componitur, contentum figura octo angulorum; cadit hæc rotundæ, quod attinet ad capacitatem, non tamen multum a ea distat, Eiusmodi nunc utitur pisana academia; potest autem parui negocio apparari in quadrato conclaui in hunc modum: habeantur octo trabes, quæ æqualiter inter se distantes ita collocentur; ut summa parte parieti inhæreant, ima humi, uersus mediam arcam, ita ut inferiori parte a pariete recedant, ut inter ipsum, et arcam, transitum, et quasi porticum interiectum relinquant, modo pateat aditus ex una parte ad portam conclauis exteriorem, ex altera ad paruum illud conclaue, ubi habeantur ligna, ignis, aqua calida,

uasa, et alia eius generis omnia quae usus postulat. Praepositis trabibus sus-
pendantur tabulata quatuor, quinque, aut plura ad aream spectantia
sexquipedale spacium inter se distantia. sustineantur autem subiectis
fulchris ligneis clauo fixis ad easdem trabes. Ita autem constituta
tabulata quanto humiliora sunt, et magis ad aream accedunt,
tanto minus late patent; quanto sublimiora, tanto latius; ita ut
plures capere spectatores possint superiores gradus quam inferiores. capere spectatore.
stent autem hi in tabulatis quasi pulpito innixi, ut ante de the-
atro diximus; unde spectare possint quaecunque in area fiut
patefiunt; in hac enim secantur corpora, cum non sit scoena qua-
lem in theatro posuimus. sed quia in amphitheatro siue rotundo,
siue octo angulorum fieri non potest ut omnes simul perspicere
ualeant quae subinde aperiuntur, habere scamnum uolubile op-
ortet, ubi iaceat corpus quod inciditur, ut modo ad hos, modo ad
illos spectatores conuertatur; quod minime necessarium est in the-
atro cum omnes simul perspicere possint quae aguntur in scoena,
et eadem opera omnibus sufficiat; idoneum enim est scamnum
stabile cuius paulo post mentionem faciemus; nunc enim ad
lumen redeundum est, quo collustrari theatrum debet. Pro cer-
to nihil aeque ad lucem comparandam expediret, quam theatrū
sine tecto, sic enim maxime luminosum esset, et quae ostendun-
tur clarissime oculis perciperentur; sed tale nimis pateret iniu-
rijs coeli, praesertim frigoribus, atque imbribus, siquidem anatome
publice administratur hybernis temporibus; nam tunc gymna-
sia frequentissima sunt, et cadauera quorum copia fit diutius a
foetore defenduntur. Quamobrem tecto opus est sed in amphithe-
atro siue rotundo, siue octo angulorum, licet mediam tecti partem
eatenus apertam relinquere, quatenus inde luminis satis lumi-
nis diffundatur.

nis diffundatur, quo pacto luce compleri delubra nonnulla uidemus
is
a Romanis ædificata: præbent etiam satis luminis fenestræ; duas au-
tem abunde est in amphitheatro constituere inter se oppositas, ita ut
una sit ab ea parte qua cadaueris caput, altera ab ea qua pedes collocã-
tur, ut cum ille qui sectioni præest ad hos, uel illos spectatores conuer-
titur, unus fenestræ lumini obstruens, alterius luce utatur. Sed in
theatro cum in scoena corpus aperiatur, lumen aduersum esse debet,
et ideo ab ea parte diffundi qua theatrum est, sic enim illustrabit
scoena, et scamnum cum corpore quod secatur, in bono lumine collo-
cabitur; cumque medicus ab uno latere, ab altero minister insistat,
nihil interponetur quod ipsum corpus opacet, spectatores autem in
unam sectionem oculos coniicientes, poterunt quæ aperiuntur dili-
genter intueri; at ubi non detur tantum luminis quantum res pos-
tulat, cereas faces accendere oportet, et opportuno loco apponere, in
lucem enim se collocari uolunt partes, quæ subinde aperiuntur.
lib. vij. tab. in fr. xx. Hæc de lumine, sequitur scamnum* ubi iacere debet corpus quod
inciditur. Quemadmodum uero ad curandum fracta, et luxata-
præcipit Hippocrates ut lignum idoneum habeatur, quod cum diligẽ-
tia ab ipso describatur; scamnum Hippocratis a recentioribus me-
dicis est appellatum; sic Tale in theatro necessarium est, ubi collocetur
corpus incidendum; sit autem longum septem pedes, latum quatu-
or, crassum palmum, ab unoquoque quatuor angulorum tigno quã-
trium pedum altitudinem; plus uel minus sic æquet, firmiter susti-
neatur. A lateribus utrinque iuxta medium excauetur, ut ab uno
det locum medico, ab altero, ministro: sic medium angustius erit,
ab extremis latius, qua parte autem latescit collocantur hinc in-
de instrumenta necessaria, siquidem medium occupatura corpore,
quod incaditur; huiusmodi scamnum aptissimum est in theatro.

ubi spectantibus omnibus eadem opera patefiunt, quæ subinde inci
duntur. Iam phitheatro cum necesse sit conuertere cadauer modo
ad hos spectatores, modo ad illos, necessaria est tabula uolubilis, ubi
corpus collocetur: comparatur uolubilitas per medium axem infixũ
qui deinde in medium scamnum ad eum usum perforatum de
mittitur, ubi facile quo uolumus conuertitur, et unde ad arbitriũ
nostrum extrahi potest. Sunt qui cadauer suspendant ex trabecu-
lis ad crucis figuram constitutis, quod ita alligant, ut quocunq;
uelis conuertatur: sic enim existimant unamquamque partem
magis naturalem situm retinere quam ubi iacet: sed tantum
additur incommodi, in secando corpore quod ita suspensum est,
ut præstet iacens, supinum, pronum uel in latera conuersum
aperire. Iam uero in sectione inuentium belluarum id maxime at-
tendere oportet, ut immobiles maneant, neque possint medicum, —
aut ministros offendere: quod commode fiet, si scamnum habea-
tur pluribus locis perforatum: ut funes quibus bellua crura, et caput
uinciuntur: per ea foramina traqui commode possint, et ad ferreos
annulos in scamni latera defixos alligari: commodum etiam
est asseres duo bacula affigere transuersa, unum ab inferiori par-
te, alterum a superiori, quæ subiectam asseris latitudinem exce-
dant, qua parte enim excedunt, bellua crura uinciuntur: ca-
thenula etiam caput, atque os prehendituc, atque ad caput
asseris alligatur. Expedit autem complures asseres parare, diuersæ
magnitudinis, ut ubique præsto habeamus, qui secandæ bellũæ
magnitudini accommodetur:

Quæ propriæ tractanda sint in anatome, et quo ordine CVIIII.

Quæ communia essent omnis anatomes iam uberrime exposuimꝰ,
restant propria, quæ in sequentibus libris persequemur, sed hoc
primo ordinem adhuc adscribemus, quem in illis indicandis tener

maxime

maxime conueniat. Reuocemus primum in memoriam quænam ea sint: ostendimus autem supra contineri anatomen non materia, cõformatione, aut munieribus partium singularum, sed operis, quibus utimur ad illa inuestiganda: siquidem secare oportet, specillum, uel fistulam demittere, alligare, inflare, hamo prehendere, detergere, abradere, atramento notare, atque alia eius generis præstare. In his ergo operis proprie uersatur anatome, sed earum ratio absoluta a nobis fuit in libris de Chyrurgia, ubi unamquamque manus operam ad curandum, uel cognoscendum necessariam persecuti sumus: cumque eædem operæ quæ ad aperienda corpora attinent, attinẽt etiam ad curandum, et cognoscendum morbos, requiri oportet lectorem ad eos libros ubi explicantur abunde. Nunc tantum restat, ut easdem accommodemus ad inuestigandas singulas partes corporis quod secatur, atque ut eas non amplius separatim, sed implicitas persequamur: nam ut materiam operarum manus, quæ ad curandum adhibentur, commistam, et confusam in curatione morborum exposuimus, sic expedit nunc operas omnes ad anatomen attinentes coniunctim cum singulis partibus, tam multiformibus quam simplicibus describere: quo autem ordine progressa hæc tractatio debeat, nunc dicere ingrediemur. Sane igitur imprimis licet aliam esse rationem aperiendi corpora cum de certa aliqua particula dubitatio est, ita ut propositum sit ipsius naturã perscecando inuestigare, aliã cum omnes pariter persequi decreuimus. Vbi de una tantum quæstio est, ut sepe usu uenit, cæteris neglectis ad eam protinus ueniendum est, ut cadauere, aut bellua cuius copia est: nihil enim refert si alia lacerentur, modo inuiolata seruetur illa, quam inspicere decreuimus: secus accidit ubi omnes partes pariter requiruntur: neque enim temere aggredi ad earum

sectionem oportet, sed certo ordine de quo nunc agimus. quamuis autem apertis cadaueribus maxima ex parte innotescere nobis possint, quæ requiruntur: quædam tamen partium munera, ac usus postulant sectionem uiuentis bestiæ, ut magis compertiantur: quamobrem et humana cadaueria, et uiuentes bestias aperire etiam oportet. Siquis ergo se perse in anatome exercentur auctore Galeno debet prius assuescere sectioni cadauerum, dum exquisite truncat uenarum, atque arteriarum ductus, ne deinde eas laceret, cum uiuâ bestiam secat: prohiberet enim sanguinis suffusio ea perspici, quæ requiruntur. in cadaueribus autem secanda à minus perito molestiæ non ita sanguinem fundunt: celeriter enim concrescit, ita ut minus effundatur, minusque aspectum offendat. Iam uero ubi aperiuntur corpora, ut publice alijs patefiant, satius est a cadaueribus quam a uiuis bestijs sectionem ordiri, nam hæ festinanter tractandæ sunt, quod cito mota, prouentur illa pecoaum quantum uelis diligenter licet intueri, unde iam spectatores eruditi potrerunt celerem bestiarum sectionem intueri. Vbi autem ad cadaueris sectionem uenatur, expedita, et facilis distinctio est, siquidem ubi unius tantum copia sit, cogimur non rei naturam sequi, sed eas partes primo secare quæ citius putrefiunt, et minus diu seruantur, cuiusmodi uenter est, cum his quæ in eo continentur: celerrime enim spectatores odoris fœditate depellit. Ventrem proxime sequitur thorax, cum uisceribus quæ in eo comprehenduntur: deinde caput ac cerebrum: sed membra, ut brachia, et crura, diutius sine fœtore seruari, et idcirco postremo secari debent, quem ordinem et Galenus se tenuisse testatur, in sectione simiæ, et recentiores adhuc tenent: cum publice corpora patefaciunt, ita iubente necessitate. Verum ubi quanta opportuna est, cadauerum copia suppeditetur, tunc singulæ partes

quæ partes aperiendæ sunt, congruo ordine, ad quem nunc properamus. Postulat autem rei natura, ut primo agamus de partibus simplicibus; tum de his quæ componuntur ex illis: quem ordinem in tractanda medicina vniuersa secuti sumus. In anatome igitur primum ad sectionem simplicium partium aggrediemur, orsi ab ossibus, tanquam à fundamentis partium reliquarum; inde transibimus ad cartilaginem, ligamenta, neruos, musculos, venas, arterias, [illegible]; ac reliquas partes omnes; et non modo ad eas quæ uerè tales sunt, sed etiam quæ talium uim habent, quatenus ad multarum partium constitutionem requiruntur, quemadmodum uenæ, musculi, arteriæ quibus absolutis pergemus ad partes multiformes. Primum autem ostendendum erit totum corpus, et imaquodque pars ex ijs quæ maximè compositæ cernuntur, lineamentis designanda ut caput, thorax, uenter, brachia, crura, quæ partes cum in alias minores diuidatur, illæquoque suis finibus circumscribendæ erunt, et usitatis nominibus appellandæ; quæ omnia fient corpore adhuc intacto, quod deinde eo ordine partes facere oportet, ut singulæ ipsius partes et intelligi possint, et memoria teneri: nullus autem ordo magis ad rem pertinet, quàm ille qui spectat ad actiones, ad quas fuerunt institutæ. Sunt autem hæ naturales, uitales animales: quamuis autem sumere initium licet a quibuslibet satius tamen est à naturalibus ordiri quòd hæ sint etiam communes belluarum, ac stirpium; quòdque resideant in uentre; qui cum celerime putrefiat, (ut ante dictum est) primò aperiri debet. Inde pergendum erit ad instrumenta facultatis uitalis, quæ continentur in thoracè: ijs patefactis secabitur caput, quod est domicilium facultatis animalis. Proxime à capite membra incidentur; ut brachia, et crura, quæ similiter inseruiunt facultati animali, cum sint instrumenta motus uoluntarij: hæc cum diutius incorrupta seruentur, merito etiam inciduntur postremo loco. neq; subscribendum arbitror Galeno qui cum maiorem utilitatem affirmet ex cognitione membrorum quæ uiscerum, ab illis incipiendam sectionem ducit. Fatemur quidem ad exercendam

chirurgiam plus conferre inspectionem membrorum q̃ viscerum. Aut modo Galeni viscerum inspectionem ad naturam nostri corporis comprehendendam, sine qua non potest sanitas nostrarum partium comparari, longe magis membrorum inspectionem conducere. Sed esto ea ita sit. Illi non propterea tractanda sunt prius membra q̃ viscera: sed seorsum licet ab utrislibet audire. Præstat tamen ubique eodem cadavere inspiciantur prius partes viscera, deinde membra. Hactenus de ratione agendorum in sequentibus: methodus autem qua in partibus tractandis vel simplicibus vel compositis utemur, seorsum utrarumq; tractatione exponetur.

FINIS PRIMI LIBRI ANATOMES.

QVI EST DE OSSIBVS, cartilaginibus, ac ligam.tis

1 ut singulas
2 partis simplicis
3 multiformium
4 non considerãda
5 C. Primum

Cum partes nostri corporis sint simplices, siue multiformes fuerint ad certum finem constitutæ; duo in singulis partefaciendis spectare oportet finem, et constitutionem idoneam ad ipsum exequendum. Multiformes partes fabricatæ sunt natura, ut muneribus ad hominis uitam pertinentibus fungantur. simplices uero, ut suis qualitatibus idoneas reddant multiformes ad sua officia facienda. continetur constitutio multiformium non solum eiusmodi materia idonea, sed forma etiam, ad quam certa conformatio, magnitudo, numer, situs refertur. Quamobrem in multiformium sectione præter mutus ad quæ fuerunt instituta, attendere et materiam oportet, quam præbent partes simplices, et formam quam diximus. At simplicium constitutio materiam habet elementa, quæ sensum latet; solum nobis se ostendunt qualitates, ut mollities duricies, raritas, densitas, grauitas, lenitas, color, quibus præditæ est ipsa quæ substantia: cumq; carere alia forma uideantur, præter utilitatem quam præbent multiformibus, sola uidetur in illis attendenda substantia, eiusmodi qualitatibus affecta. At res aliter habet, cum ipsæ quoq; certam formam obtineant; sine qua ad multiformes construendas minime aptarentur. quo pacto enim ex ossibus apte membra fingerentur, nisi ipsa quoq; ad conformationem, magnitudinem, numerum, situm idoneum obtinerent; neq; obstat, quòd partes simplices diuidi debeant in particulas similes, nã facilis, et expedita fuit distinctio Aristotelis; quòd habita ratione substantiæ, simplices sunt; et in similes particulas diuiduntur: non tamen habita ratione formæ, nam sic diuiderentur in dissimiles, et non amplius haberent uim simplicium. Ergo tam in simplicibus, q̃m in multiformibus præter finem, consideranda est apta compositio ex materia, et forma: quàmuis forma magis ad multiformes pertineat, in quibus clarissime conspicitur. ordiemur autem à sectione simplicium; quem ordinem rei natura postulat, ut in superioribus monstrauimus: agemus primò de ossibus, quasi fundamentis partium reliquarum.

De ossibus in universum C. ii.

Quod in ædibus trabes, ac parietes, quod in tentoriis pali, quod in nauibus carina, et costæ, id præstant ossa (inquit Galenus) in partibus nostri corporis: stabilimentum scilicet, ac firmamentum, ad quæ propterea constructa fuerunt à natura: sustinent enim, ac firmant partes omnes, q̃ q̃ aliqua non solum firmamenti, sed propugnaculi etiam, et tegmenti loco sunt: quemadmodum ossa caluariæ: transuersi processus, in uertebris spinæ: ossa pectoris, iugula, quæ quasi claues ipsum claudunt: illa ãt minuta ossa quæ ad similitudinem granorum sesami σησαμοειδῆ græce nominantur, quibusdam articulis nectũtur, ut eos nimium euenari prohibeant, quemadmodum in digitis manus, et pedis. Huiusmodi igitur est finis, ad quem spectauit natura in ossiũ cõstitutione, ad quam materiam, et formam adhibuit ualde opportunã. Materia ex qua ossa componunt plurimum terreã habet, quo fit, ut durissima sint, eorũ dissimilima, sicuti cæteris corporis partibus conferantur: talia magis conspiciuntur robusta ætate, q̃ tenera: constat igitur ex parte seminis crassiore, et magis terrena, q̃ caloris uis siccauit: q̃uis ãt dura sint omnia, plurimũ tamen inter se differunt, cum alia magis, alia minus solida sint. Illa quæ στερεμνοειδῆ diximus nominari, penitus solida sunt, ita ut si frangantur, priusq̃ diuturnitate temporis ualde fuerint exsiccata, intimam substantiã densam ostendant, non raram: aut laxam. Alia q̃uis solida extrinsecus uideantur: intus tamen substantiam præseferunt spongiæ modo raræ, quã durior quasi testa uestit: Tale est os sacrum, os pectoris, oscalcis: talia sunt ossa caluariæ, et corpora uertebrarũ. Alia præter raritatem substantiæ quam habent quasi fistulæ sinuantur, ueluti os femoris, tibiæ, humeri. Effinxit ãt natura tam sinus, q̃ parua foramina, in substantia ossium, ut leuiora essent, ne pondere prohiberent, quo minus expeditus esset musculorũ motus: quod quia non timendum erat in ossibus minutis, effecta sunt penitus solida, at ne cauæ hæc ociosa essent, inseruit natura in eiusmodi sinus medullam, et in paruis foraminibus aliquid medullæ simile, unde ossa alantur.

Quæcunq̃

Quæcumq; autem ossa medullam suis sinibus, quasi fistulis continent, extremis partibus adnatam habent ἐπίφυσιν, hoc est appendicem alterius ossis, quæ in unum coit, et firmiori ætate uix separari potest; nam tenera facile resoluitur cartilago illa, per quam, ueluti per glutem nectitur appendix cum osse. utriusq; autem superficies aspera est, ita ut paruuli processus unius, alterius sinibus aptentur. Quamuis autem alijs partibus dura sint ossa illa quæ sinuata sunt; quà tamen finiunt, mollia sunt, laxa, atq; infirma: meritò igitur teguntur appendice quasi operculo, à quo etiam defenduntur, ne atterantur, cum articuli mouentur. Efficit et appendix interiecta ne ossis caput molle, ac laxum, cum duriori, ac firmiori substantia sinus proximè committatur. Licet autem appendix maxima ex p̄te annectatur capitibus grandiorum ossium fistulas habentium, annectitur tamē et ossibus paruis, quibus et pedis planta, et palma, et digiti continentur. quid quod neq; ossa omnia quæ sinuata sunt, appendicem habent adiunctam; maxilla enim quamuis et sinum, et medullam habeat, appendice tamē caret; quod in substantiam duram, ac densam finiatur; nec committatur cum osse dissimili. Nullibi igitur appendix reperitur ossibus annexa, nisi ubi necessaria fuit ad usum aliquem propositum. Porrò grandiora ossa ut humeri, cubiti, femoris, tibiæ, tenues uenas obtinuerunt, per tenuia ipsorum foramina penetrantes; non magnas, cum parum absumant alimenti; quod parum moueantur; et substantia prædita sint dura, ac frigida. At per ossa quæ minuta sunt, nulla uena penetrat; neq; etiam minima, quod satis alimenti alliciant ab his, quæ uicinæ sunt. carent ossa neruis, sicut et sensu: nā dentes (ut alibi ostendimus) in ossium numero non censentur; sicubi autem sentire ossa uideantur, id tribuendum est membranæ qua obducuntur. περιόστιον græce appellatur; fit hæc ex pinguiori parte seminis; quæ ob feruorē quo ossa seruantur, quasi spuma supernatans in membranam conuertitur. Circundatur autem ossibus ab omni parte, excepta caluaria, cui ab interiori parte non inhæret. cætera undiq; membrana inuoluuntur præterq; ubi

egent .n. cum sensus [illegible] & dura [illegible] sentien[illegible] [illegible] media, ne [illegible] contactu molles [illegible] offendant

inter se committuntur: corū enim capita siue cana, siue gibba sint, non membrana, sed cartilagine obducuntur: quæ superficiem habet admodū leuē, et idcirco ad facilitatem motus plurimum conducit sed satis de mat.

Pergamus ad formam ossium, quæ figura, superficie, cauis, magnitud. numero, situ, unitate continetur: Figura igitur uaria est, nam in alijs triangula est, conspicatur: ut in scapulis; in alijs quadrangula, ut in uertice; at in osse quod Sphenoides græce uocatur, cuneum repræsentat, sicut in eo quod zigoides iugum; in eo quod hyoides, υ. in eo quod cyboides, cubum; in eo quod scaphoides, scapham; patella ad genu molla similitudinem refert; sura fibulæ; coxigis os rostri; alia enim figura ossium alijs partibus struendis accommodatur. Spectatur autem non solum in toto osse, sed in partibus, cuiusmodi sunt processus, sinus, cernix: est autem processus, (græce ἀπόφυσις) ossis tuberculum, quod reliquam superficiem excedit: unde et excessus etiam à latinis nominatur: differt autem ab epiphysi, hoc est ab appendice; quòd non annectatur cum alio osse, sed sit eius pars, et interdum etiam ipsius appendicis: nonnulla enim processus exigunt, ut in cubito, tibia, scapula; in quibus appendices processum exigunt. Vtilitas quam processus affert, multiplex est; potissimùm autem spectant ad articulorū innexura, q̄ q̄ pertinent etiam ad multarū partiū initiū, ac finem, nam sine his minus commode orirentur, aut innecterētur particulæ complures. postremò propugnaculi usum præbent, quemadmodum in uertebris, atq̄ in scapulis Varia autem nomina processus apud græcos inuenit; qui acutus est, dicit κορώνη, seu κορώνις, cuiusmodi ab utraq̄ maxillæ parte illi sūt, quibus inseruntur chordæ musculorū temporū: qui quasi caput quoddam in alterius ossis sinu recondit, κεφαλὴ uocatur, et κεφάλαιον: si parū depressum sit, κόνδυλος, si rotundum ἄγβγον. quo uocabulo significat ōē iūctura tota ex processu, et recessu constans: uocatur et caput, quod in sinum alterius ossis inseritur, interdum ἐπίφυσις, propter appendicē, quā plerūq̄ adiūctā hꝫ.

Nonnulli processus prius in capitulum consurgant, extenuantur, unde cer- 20
uicem repræsentant, quam græci τραχηλον, et ἀυχένα dixerunt. At sinus, ubi processus recipitur, si altius descendit, κοιλιδον. et ὀξύγαφος græce nominatur; si leuiter cauus sit, γλήνη. Varia autem est figura sinuũ; siquidẽ alij orbiculares sunt, alij oblongi, alij trocleam, alij c. literam repræsentãt; alij duplices, alij simplices se ostendunt. Circumdantur etiam labris, q̃ ἴθυες, ὄφρυες, ἀμβόνες ἢ χεῖλη appellantur; augent hæc profunditatem sinus, prohibentq; luxari. Non omnes autem sinus sunt ad perficiendum motum instituti; sed alij prohibent ulterius fieri motum, q̃ necesse sit, sicuti qui à priori, et posteriori parte humeri, cubiti processus excipiunt, quos βαθμίδας nocant. Alij eò etiam spectant, ut musculis, chordis, ligamentis, atq; alijs huiusmodi particulis firmam sedem præstent; ne longè ab instituto itinere abeerent. Hactenus de ossium figura. Superficies alibi lenis est, alibi aspera; quæ lenis est, ut in articulis. ad facilitatem motus conducit; quæ aspera, ad stabilitatem partium, quæ ossibus innectuntur. Quod attinet ad cana, seu foramina ossium, præter illa in quibus medullam contineri diximus, et lenitatem quandam præstari, quæ ad facilitatem motus, perinde ac grauitas ad stabilitatem conducit; alia se ostendunt foramina in ossibus. uel magna, ut uel in occipitio, et ossibus ilium; uel mediocria; cuiusmodi illa sunt, quæ uenis, neruis, arterijs transitum præbent; uel parua, qualia in summo naso, deprehenduntur. Spectant ossium foramina uel ad lenitatem, ueluti magna illa in ossib⁹ ilium; uel eò ut aditum faciant neruis, uenis, arterijs, siue substantiæ alterj, quæ aut à corpore accipi debeat, aut ab eodem detrudi; cuiusmodi sunt parua illa foramina quibus summum os nasi distingui diximꝰ, per quæ cerebrum, et aerem haurit, et quæ superant depellit. Magnitudo ossium respondet magnitudini partium quas fulciũt. aut defendũt; quam ob rem alia grandia sunt, alia exigua, alia his interiecta;

et tamq; media; siue longitudinem, siue latitudinem, et crassitudinem intueatis; neq; ullum os ita magnum est, ut robur superet eorū musculorū à quibus mouendum est. Augentur ossa non toto tempore ut cæ, quēadmodum dentes, pili, ungues, sed ad initium iuuentutis, dum indurescant. De numero, sane licet totidem fuisse ossa, quot commode possint propositos usus præstare: non plura, aut paucora: siquibi autem pro uno esse multa constituit natura, non temerè id fecit, sed uel ad motum spectauit, quemadmodum in articulis, in uertebris spinæ, in prima palmæ parte: uel ad perspiratum, aut seruitatem, quemadmodum in caluaria, ubi plura ossa utrunq; usum præbent, uel ad transitum uasorū, uel ne diuersæ substantiæ ossa citra medium inter se iungantur. Sequitur Omnia autem simul numerata ad ducenta septuaginta unum perueniunt: in caluaria enim octo sunt: duodecim in malis: quatuor in instrumentis auditus: bina in utroq; maxilla unico osse continetur: quod in duo separari potest; os quod a figura .v. ὑοειδες appellatur, undecim continet: uertebræ in spina sunt uigintiquatuor: ossa ossis sacri, sex: cōcagis quatuor: costæ uigintiquatuor: ossa pectoris tria: quamuis et in septem resolui possint: scapulæ duæ: duo iugula: duo humeri: duo cubiti: duo radij: ūnius palmæ parte unius manus, octo: et totidem in prima alterius: quæ palmam unam explent, quatuor: totidem quæ alteram: ossa digitorū unius manus, quindecim: totidem alterius: ossa, quæ σεσαμοειδη nuncupantur, duodecim in una manu: et totidem in altera: quæ cum latcribus sacri ossis committuntur, duo: foemora duo: duæ tibiæ: duæ suræ: duæ patellæ: duo calcis ossa: duo thali: duo scaphoidi: tarsi ossa octo: quatuor in utroq; pede: decem plantæ: quinq; in utroq; pede: uigintiocto digitorū pedis: in utroq; quatuordecim: uigintiquatuor ossa sesamoidi: duodecim in utroq; pede: tot igitur numero sunt ossa, quæ si à suis appendicibus resoluantur.

resoluantur, longè plura euadent. Sequitur situs, qui et sedem, et nexum complectitur; sedes ossium ea fuit, quam uniuscuiusq; partium constitutio ad institutum munus exequendum postulabat. Nexus at̃ multiplex, tam à uetribus, q̃ à recentioribus obseruatur, ad uniuscuiusq; usũ aptissimus: ergo ossa quæ inter se nectuntur, aut ad aliquem motum spectant, aut ad stabilitatem duntaxat. Motus ad quem ossa spectant, aut euidẽs est, quemadmodum femoris in sinu coxæ, aut obscurus, ut thali cum calce, ac scaphoide: ad utrumuis motum, siue obscurum, siue manifestum ossa pertineant, uno trium modorũ inter se iunguntur; nam uel ossis caput insigne in altiori sinu recipitur, quam commissuram gręci ἐνάρθρωσιν dixerunt; cuius modi maxime conspiatur, ubi femoris cap. in coxæ recessum inseritur, tum ubi thalus iungitur cum scaphoide; ut ossa, quæ inter se nectuntur, paruos processus exigũt, et parũ desidentes sinus habent; ita ut quasi planam superficiẽ præseferãt; ueluti quà p. uertebra cum secunda; quà item ossa tarsi cum ossibus plantæ inserũt. Dicitur autem ἀρθρωδία, cum ossa quæ inter se nectuntur, quadã parte sinuantur, quadam excessus habent, et partim processus recipiunt, partim in sinum inseruntur; sicuti ubi cubitus cum humero, aut calx cũ thalo committitur: quæ commissura cum cardinis modo fiat, γιγγλυσμοσ à græcis nominata est; At ossium illorũ quæ citra omnem motũ ad solam pertinent stabilitatem, nexus similiter uarius deprehenditur. Omitto γόμφωσιν, sic dictam, quòd particula una in alteram quasi clauus in asserem infigatur; nam hæc pertinet ad dentes, qui in paruos maxillæ sinus infiguntur. Nectuntur aliqua per suturam, quam græci ῥαφὴν appellant; serra, unguis, aut alterius eiusmodi rei speciem referentem, cuiusmodi cernitur in ossibus caluariæ. Alia inter se iungũt ἁρμονίᾳ, sic enim græci appellant, ubi citra processus, aut sinus euidentis inæqualitatem simplici linea cohærent, ueluti ossa nasi: q̃ q̃ ubi abrũpat̃,

asperitatem quandam præseferunt. Accedit συμφυσις, sic enim appellat cum ossa intersecoalescunt: ueluti appendices cum suis capitibus. quocirca autem modo ossa committantur ac siue ad motum, siue ad stabilitatem referantur, aut nullo interiecto medio cohærent, sicuti quæ per harmoniam, et quæ per suturam coeunt, aut aliquod medium intrecti hint. Hoc autem uel ligamentum est, quod deprehenditur in omni iuncturæ ad uoluntarium motum pertinente: atq; hæc dicitur græce συνεύρωσις, uel caro, quemadmodum in illa quam musculi complectit. Ἐ, συγχονδρωσις συσσάρκωσις græce nominatur, uel cartilago sicuti qua ossa pubis inter se cohærent, quæ commissura dicitur συγχόνδρωσις: sed satis de situ, ac nexu. superest ex iis quæ ad formam ossium referuntur, Vnitas; quam tamq; sensui manifestam silentio prætereibimus. Itaq; quæ in uniuersum dicta sunt, præstant in ossibus uniuscuiusq; partis præhendere, ut cum deinde ad ea secanda, et inuersus intersecandi uentum fuerit, omnia plana sint.

De ossibus capitis C. III.

Veniat primo in medium caput; quo uocabulo id totum quod supra ceruices est, significamus: huius ossa partim ad caluariam, partim ad faciem referuntur. Ad caluariam pertinent illa quibus cerebri comprehendit; reliqua omnia ad faciem: agemus primò de caluaria, quam natura ad eum usum fabricata est ut sit cerebri propugnaculum: merito igitur constat ex substantia tam ab extima, quam ab intima parte dura, sed medio spacio inter utranq; spongiâ, aut pumicis modo rara nam solida, et crassa nimio onere esset; tenuis, et solida magis ab externo ictu offenderetur. Ita autem figurata caluaria est, ut sphæram imitetur; quod hæc figura maxime capax sit, qualem postulat humani cerebri moles; quodq; magis defendatur ab externis iniuriis; quamq; prominet ab extra à priori, et posteriori parte, atq; ab hac propter spinæ medullam, quam inde oriri necesse fuit; ab illa propter sensuum instrumenta, quæ sumere ab ipsa initium debuerunt. Est caluariæ superficies tam ab

l. t. iiii. fi. i.

extima

extima. q̃ ab intima parte læuis, ne membranam lædat, et illam quam tegit, & illam à qua tegitur; licet ab intima inæqualis sit, propter cerebri amphiractus. Ab extima ibi aspera ubi processus exigit, quibus aliæ partes innascuntur. Tot autem foraminibus peruia est, quot sufficiunt ijs quæ uel ad cerebrum, et eius inuolucra penetrare debent, uel ab ijsdem emanare: hæc ubi singulas caluariæ partes seorsum exposuerimus, abunde enarrabimus. Magnitudo caluariæ tanta est, quanta cerebrum commode complectat. Quod attinet ad numerum, cum una sit, multis tamen ossibus, et non unico constat; idq; partim ut uapores, qui ad cerebrum ascendunt, tamq; ad supremã partẽ ex reliquo corpore inde exitum habeant, ubi ossa inter se committuntur, partim ut transitus præbeatur uasis, ac ligamentis, quibus cerebrum ad caluariam suspenditur, ne concidat; partim ut si una pars lædit, altera asseruetur incolumis; nexa enim ex ictu ibi finiri solet, ubi finiunt ossa, neq; ultra serpere; ex quot autem ossibus constet, iam dicere aggredimur. Situs caluariæ manifestus est, committitur enim cum prima uertebra cervicis, à parte posteriori, à priori iungitur cum ossibus faciei; ut tunc ostendemus, cũ transibimus ad illa; nã ãn sigillatim persequi caluariæ ossa ẽpẽ.

Constat igitur caluaria ex octo ossibus; nam septem quæ à galeno referunt octauum addit, quod ad instrumentum olfactus situ et cum cæteris non continuatum, sed commissum obseruatur. Ex illis septem, duo pertinent ad uerticem; duo ad aures; unum ad frontem; unum ad occipitium; septimũ ad basim. Duo igitur sunt uerticis ossa, ampla, ac solida, quæ quasi testa ab intima, et extima superficie continentur; mediam tamen inter utramq; substantiam habent raram, ac pumicis similem; præterq; ubi extenuata, et quasi in squamam degenerantia cum ossibus temporũ committuntur: præseferunt ãt figuram propè quadratam, non planã, sed gibbam, quoniã necesse est ad orbicularem caluariæ formam constituendam accomodẽt. sed cum unum à dextra, alterum à sinistra parte collocetur, iungimtur

f. iii. a. tiiii. fi. 1. 18.

3. t.iii.C.t.iiii.fi.1.m. introrse ad uerticem capitis, sutura in longitudinem ab osse uerticis ad os frõtis procedente. quam à sagittæ similitudine ὀβελιαίαν græci uocant, à priori

f 4.t.ii.A.t.iii.AB parte committuntur cum osse frontis sutura στεφανιαία, i. est coronaria, sic appellata, quod ea parte superimponat̃ coronæ. Tendit hæc per summũ caput transuersa utrinq; ad ossa temporũ. A posteriori parte committuntur cum

g 5.t.iii.B osse occipitij, sutura, quæ à Λ græca litteræ similitudine λαμβδοειδὴς græce nominatur. A lateribus uero, ubi quasi in squamam degenerare ea diximus, subijciuntur ossibus temporũ, quæ similiter in squamam degenerã-

e 6.t.ii.D.t.iii.fi.1.E. G.H. tia, superinijciunt̃ ossibus uerticis. Eius suturæ commissura à squammarũ

n 7.t.i.B.t.iii.fi.1.L. similitudine λεπιδοειδὴς græci nominarũt. Frõntis os unicum est, nisi qd̃ raro accidit) sutura, à uertice ad medium spacium inter superalia in longitudinem progressa separetur in duo: hoc ubi ad superiorẽ oculorũ

h 8.t.v.fi.1.t. regionem spectat, duplici testa continet̃, ita ut inane spaciũ inter utraq; non parũ relinquat, quo aer aspirat ubi etiam prominet; ut subiectum

y 9.t.v.fi.1.l. cerebrum magis tueat̃: inane est, ne nimio sit ponderi. Ad coronariã uero suturam tenuius deprehenditur, q̃ alia parte; quamuis et ibi sub-

stãtiã habeat raram utrinq; dura testa inclusam: solidius est ubi temporũ musculi innascunt̃, figura prope ad circulum accedit. Magnitu-

do eius tanta est, quantam situs patitur facit̃; committitur enim à posteriori parte cum ossibus uerticis per coronariam suturã; à priori cum ossibus

malarũ, et cum eo quod octauo loco inter ossa capitis numerauimus, à la-

k 10.t.iii.B.t.iiii. fi.1.E teribus cum duobus processibus sphenoidis ossis alas imitantibus. Ô cipitij

• os unum censet̃, q̃uis pueruli cartilagine quadam interiecta, in tria se-

paratum uideatur: est aũt tanto crassius osse frontis, quanto hoc ossibus uerticis continet̃: similiter duplici testa, dura, et substantia quadam rara

i 11.t.iiii.fi.vi.ll. inter utramq; sed ad basim solidum est, valde aũt crassum est, quã cum sphenoide osse committitur; figura litteram Λ repr̃sentat. Duo aũt exigit capitula oblonga, per quæ cum prima uertebra committitur. Hæc tenera

ætate

12 t.v.fi.i.ii.k.i.

ætate appendices annexas præseferunt; superficies eius interna aliquibus locis sinuatur, lenis tamen est; lenis et externa; præterq; ubi musculi aut ligamenta inseruntur. Iungitur à superiori parte cum ossibus verticis per suturá, quam lambdoidem diximus nominari. Ab inferiori cum osse sphoenoide p̃ symphysim: à lateribus cum ossibus temporũ per suturam. Temporũ ossa duo sunt, utrinq; unum, quæ substantiam habent uariam; nam ubi cum ossibus verticis committuntur, tenuia sunt, uel potius in tenues quasi squamas degenerant, superiectas ossibus verticis, similiter in squamam degenerantibus. Inferioribus uero partibus duriora; unde appellantur λιθοειδῆ, quod lapidis duritiem præseferant. Habent autem figuram propè rotundam, à qua secedunt p̃ processu, quos exigunt, utrinq; ad lambdoidem suturam: præterea per duo capitula iuxta foramina aurium, quæ in speciem mammillarũ prominent, unde μαστοειδῆ græce nominant, cum quibus inseruntur musculi, qui ab ore pectoris, et iugulo oriuntur: præterea per duos processus, utrinq; unum, teretẽ, durum, ac solidum, qui à stili similitudine στυλοειδῆ græce nominantur; à quib⁹ musculi oriuntur; qui ad linguam, os hyoides, et maxillam pertinent; per duos item alios, utrinq; unum; qui uersus priorem partem tendens, iungit cum altero processu, quem exigit os ab externo angulo oculi collocatum: Vterq; processus, quà cum altero coit, iugum repræsentat; unde iugale nominatur. Postrò sinuantur ossa temporũ, inter foramen auris, et initium processus efficientis speciem iugi: Eiusmodi sinus utrinq; oblongus est; ita ut respondeat oblongo capiti maxillæ, quod in eum inseritur. Extima superficies ossium lenis est, præterq; uersus basim, ubi aspera deprehenditur: intima inæqualis propter cerebri eminentias. Nectit autẽ ossa temporũ utrinq; à priori parte cum osse sphoenoide. A posteriori cum osse occipitij, per suturam lambdoidem. A superiori superiniciunt ut diximus ossibus verticis in squamá degeneratib⁹. Ab inferiori uersus anteriorẽ, ubi processus exigũt iugũ illud efficientes, cum ossibus q̃ sita sunt utrinq; ad angulum oculi externum.

13 t.ii.D.t.iiii.fi.i.d

14 t.viii.fi.i.vi.k

15 t.iiii.fi.vi.i.

16 t.iii.fi.i.x.

17 t.iii.fi.i.z.

18 t.iii.fi.vi.h.

19 19. t.iiii.fi.vi.000. t.v.fi.iii

Septimum os calvariæ quod basim constituit, varia substantia continet, cum ab ima parte crassissimum sit, ad tempora valde tenue, ac solidum, sicinferius versus palatum, ubi duos sinus, quasi parva antra refert, atq; in superiore duo antra intersecto, ubi duo ampla foramina in nasum pervia septi nasi os sis deducta conspiciuntur: alius vero partibus substantiam habet rariam, ab extima, et intima superficie dura testa intecta. Est autem multiforme, nam ad basim cunei imaginem refert: unde σφηνοειδὲς græce nominat. Ad latera versus tempora alas imaginem repræsentat, unde dicit πτερυγοειδές; 22 exigit præter antra, et foramina dicta in interna calvaria processum sinuati, ubi excipit glandulam, ad quam pituita confluit in cerebro redundans; utriq; autem à lateribus eiusdem processus, non multa parva foramina cribri modo, sed insigne unum habet; per quod pituita à glandula ad os destillat. Ab externa parte utriq; ubi alas repræsentat, sub esc zygoide 23 sinuat, ubi nascitur musculus, qui in ore delitescens, maxillam sursum attrahit. Coniungitur os sphenoides cum osse occipitij, ad basim capitis, per symphysim, ita ut videatur cum ipso in unum coalescere. Coniungitur cum palato per commissuram, quam harmoniam appellari diximus. Coniungitur et à superiori parte cum one frontis, et ossibus verticis quasi squama illis superectum. A parte posteriori supercetus habet squamas ossium temporis. A priori nectitur per suturam cum illo osse malæ, quod conficit extremum angulum oculi. 24 Octauum os instituti est ad olfactum, parvum at est, et 25 septum exigit intus in calvaria à parte anteriori solidum, durum, tenue; quod duram membranam dextræ partis, et sinistræ separat; exigit et decursu alterum 26 processum tenuem, ac imbecillum; quo nares foramina diducit; cribri etiam modo parvis foraminibus distinguitur; per quæ ingreditur aer ad cerebrum, et egreditur; per quæ item pituita a cerebro in nares destillat, quæ præsertim præbent aditum odoribus, qui ad instrumenti olfactus aspirant. Committit hoc os cum basi frontis à parte priori, a posteriori cum osse sphenoide. Præter octo ossa calvariæ enumerata, in interno

foramine

21. t.v.fi.iii.E. 22. t.v.fi.i.M. 23. t.iiii.fi.vi.PP. 24. t.v.fi.i.n 25. 25. t.v.fi.i.u. 26. t.i.p.

foramine utriusq; auris, ubi cauum est membrana obducetum, duo parua
27.t.v.fi.iiii 1.0 28.t.v.fi.iiii. C L M N P Q. ossa continentur, quor̄ unum incudis, alterum mallei imaginem exprę-
sentat: hæc à recentioribus obseruata fuerunt, nam ueteres nullam ipsor̄
faciunt mentionem; nectuntur at membranis: per quas malleus laxe ui-
detur incudi alligari. Sed satis de ossibus caluariæ; quibus comprehensis,
facile comprehendentur foramina, quibus peruia caluaria est.

Ergo octauum capitis os (ut ab hoc ordiamur) quod in anteriori parte se se no-
bis offert, cribri modo multis paruis foraminibus distinguitur: unde & cri-
broeidēs nominatur: per quæ foramina transit odor aer ad cerebrum aspirans, et
Notantur hæc foramina in pictura adiuncta lra I. r v fi i. - pituita quæ ex cerebro detenditur. In osse at sphœnoide duo foramina, unum
utrinq; conspiciuntur; quæ à superiori eius parte incipientia ad oculorum
radicem procedunt; unde exit primum par nervor̄ cerebri oculis præbēs
otantur hæc foramina in pictura caluariæ lra E t. v fi i. - facultatem uidendi. Sub ijs foramnibus in osse sphoenoide duo alia sunt,
non ex toto rotunda, cum à sublimiori parte oblonga sint, et acuta: Ter̄minan-
tur hæc in oculor̄ sinus, atque ac priora; sed ampliora sunt: Transit per hæc
secundum par nervor̄ à cerebro exeuntium; qui musculis oculos mouentib⁹
inseruntur: per eadem transit nervor̄ tertij paris à cerebro manantium
par minoris radicis quæ fertur ad nasum; ad cutem frontis; ad musculos
maxillam attollentes. Exit per idem foramen simul et ramus arteriæ ca-
Notatur hæc uena in pictura a uenar̄ cerebri lra G lib. iii. t in fi ii. - rotidis: penetrat et per idem foramen quinta uena in caluariam. Ab illis
enim uenis, quæ in musculis temporum distribuuntur, feruntur ad eadem
oculorum: Ducitur deniq; per idem foramen pituita, quæ ad oculum
Notatur hoc foramen in pictura caluariæ lra G t v fi i. - peruenies, per alia foramina in nares destillat. In eodem osse sphœnoide
paruum aliud foramen, angustum, atq; orbiculare conspicitur; per quæ
extra fertur neruulus paruus, qui non procul à radice quinti paris deri-
uatur. Interdum etiam minor radix tertij paris, quam diximus deduci,
Notatur hoc foramen in pictura caluariæ lra H t v. fi i. - per alterum foramen, exigit per hoc. Aliud item foramen in osse sphœnoi-
de, ad utrunq; foramen proxime dicti collocatur, non penitus orbiculare,

sed respondens circulo oblongo: præbet autem exitum neruo crassiori extrinsecus pari neruorũ cerebri, et neruo quarti paris. Ad extremum huius foraminis utrinque aliud conspicitur longe minus, et prorsus orbiculare. Per quod intrat in caluariam portio neruæ sphagitidis, quæ ab arteria recedit, quam in pictura uasorum cerebri tertiam numeramus. Aliud præterea foramen rotundum, magnum, in osse sphenoide, utrinque se ostendit, iuxta illum præcessium sinuatum, à quo glandulam excipi diximus. Transit per hoc foramen tertia arteria carotidis. E regione huius foraminis aliud incipit utrinque in esse sphenoide, quod quasi canalis angustus, recta peruius est in nasium sinum. Neque satis apparet, nisi sphenoide osse ab alijs resoluto: præbet autem aditum arteriæ ad nares tendenti. Interdum etiam euenit, ut ad extremum foraminis illius quod .q. notatur, non solum collocetur orbiculare illud quod notatur .R., sed aliud etiam paruum uersus anteriorem partem, quod præbet aditum ramulo neruæ sphagitidis. Illud uero quod utrinque longior rima potius quàm foramen uidetur, non est proprium ossis; sphenoidis sed commune etiam ossis temporum. sita hæc rima est inter foramen .q. notatum, et foramen .x. ita ut non pertineat ad os occipitij, ut non nulli scribunt. Destillat per hãc pituita à glandula ad palatum: Ossis temporum proprium est foramen inseruiens auditui; quod incipit in interna caluaria utring à posteriori parte ossis temporis, et obliquè in priorem tendit tortuoso anfractu, in medio latius. Recipit autem neruum quinti paris, qui præstat facultatem audiendi. In eodem osse temporum iuxta interius foramen auris iam demum duo parua foramina utrinque conspiciuntur; unum à priori parte, alterum à posteriori eiusdem. Illud quod ad interiorem partem spectat, præbet aditum neruulo quinti paris neruorũ cerebri; ad temporum musculos tendenti: præbet et aditũ

* Notatur hoc foramen in pictura caluariæ lit. .q. t.v. fi. i.

* Notatur hoc foramen in pictura caluariæ lit. .R. t.v. fi. i.

* Notatur hoc foramen in pictura caluariæ lit. .x. lib. iii. t. iii. fi. ii.

* Notatur hoc foramen in pictura caluariæ lit. .R. t.v. fi. i.

* Notatur hoc foramen in pictura caluariæ lit. .N. t.v. fi. i.

* Notatur hoc foramen in pictura caluariæ lit. .a. t.v. fi. i.

et aditum ramulo uenæ sphagitidis in caluariam penetranti.

Notatur [illegible] in pictura calu. littera V. t.v. fi. i.

Notatur hoc foramen [illegible] littera B t.v. fi. i.

Sed quod à posteriori parte esse diximus, ab Anatomicis cæcum uocatur, ux enim setam admittit. Præbet autem aditum ramulo quinti paris neruorũ cerebri. In eodem osse tempori ab externa parte caluariæ utrinq; paruum foramen aliquando, non tamen perpetuò conspicitur, iuxta suturam lambdoidem, ad originem illius processus, qui μαστοειδὴς appellatur: hoc aditum præbet arteriæ uenæ in caluariam penetranti. In osse occipitij non longe à foramine auris utrinque aliud foramen deprehenditur amplum, et oblongum: præbet autem exitum tum sexto pari neruorũ cerebri, et aditum ramo maiori internæ uenæ sphagitidis: præbet et aditum minori arteriæ quæ secunda recensetur. Aliud præterea foramen in occipitij osse utrinque conspicitur, positum inter id quod proxime relatum est, et unicum illud foramen medium, ac maximum, per quod à cerebro exit spinæ medulla. Exit per hoc septimũ par neruorũ cerebri, est autem oblongum, et ab interna parte ad externam declive fertur, ita ut neruus septimi paris cum neruo sexti statim iungatur, ubi è caluaria educitur. In osse et occipitij extrinsecus in posteriori parte, quà caput cum prima uertebra committitur, aliud foramen inspicitur, non magnum, quod in tuto longo ductu per os fertur ad sublimiorem partem illius foraminis, unde neruum diximus exire: penetrat p hoc in caluariam uena, et arteria, quæ (ubi non reperiatur proposito foramen) per illud transeunt, per quod septimum par neruorũ cerebri educitur. Postremo in basi ossis occipitij medium collocatur unicum, ac maximum illud foramen iam dictum, per quod exit medulla spinæ. Hactenus de ossibus caluariæ, et eorũ foraminibus; pergamus ad faciem

Notatur hoc foramen in pictura caluariæ littera C. d.t.v. fi. i.

Notatur hoc foramen in pict. calu. littera [illegible] t.iii. fi. vi.

Notatur hæc uena in pictura uasorũ littera D et arteria .x. lib. iii. t.iii. fig. ii.

Notatur hoc foramen in pictura caluariæ littera [illegible] d.t.v. fi. i

Componitur facies ex ossibus malarũ, et maxillæ. Ad malas refertur illa, quæ inter caluariam sunt, et maxillam: plura ãt fuerunt à nat. cõstituta, ut

Notatur hæc uena in pictura uasorũ littera C et secunda proponit lib. iii. t.iii. fi. ii

Notatur hæc arteria in pictura arteriarũ littera I lib. iii. t.iii. fi. ii

cum aliqua lædantur, reliqua inuiolata seruentur, et ne ossa penitus dissimilia inter se iungantur; sex ât utrinq; reperiuntur, ita ut omnia duodecim sint, præter quædam tenuia, mollia, cartilaginis modo laxam, et crassam substantiam habentia, quæ in narium foraminibus conspiciuntur. 29 Primum igitur ex ossibus malarq; constituit externum oculi angulum, à posteriori ât parte processum exigit; qui iunctus cum altero processu ab osse temporis tendente in partem priorem, efficit os iugale, & hunc processum committitur à posteriori parte cum processu ossis temporis; à superiori cum osse frontis; à posteriori etiam cum osse sphenoide: ab inferiori cum illo osse malarq;, quo sui lateris dentes continentur. quoaque ordine quartum commonstrabitur. 30 Secundo loco in ossibus malarum ponitur id quod ad internum oculi angulum residet; ubi caruncula est, quæ pituitam à cerebro destillantem recipiens, per hoc os in nares fundit, neq; ipsam patitur labi per malas: parvulum autem est, et longe minus quàm cætera malarum ossa: tum squamæ modo tenue, ita ut facile putrescat, ac dissoluatur: iungitur à superiori parte cum osse frontis, per suturam, quæ frontem separat à malis: ab inferiori, per harmoniam cum osse primo malarum iam dicto: à priori cum eo osse malarq; quod sui lateris dentes continet; à posteriori cum tertio osse malarq; ad quod iam pergimus. 31 Est tertium os malarum similiter tenue, et quasi squama lucidum, atquè ubi frangatur, sinus quosdam ostendit aerem continentes: fere autem quadratum apparet ad internum oculi latus; iungitur à superiori parte cum osse frontis, per suturam, quæ separari diximus frontem à malis: ab inferiori, cum quarto malarq; osse; à priori cum secundo proxime enarrato; à posteriori, cum osse sphenoide: de, per harmoniam. 32 Quartum, reliquorq; malarq; ossium longe maximum, complectitur sui lateris dentes ôes; cuius substantia quis

ad latera

29. 29. t. iiii. fi. 1 eee

30. 30. t iiii. fi. i. n.

31. 31. t. iiii. fi. 1. p.

32. 32. t. iiii. fi. 1 s.s.

ad latera crassa appareat, intus tamen inanis est, et duplici tenui testa cõstinct; crassissima autem conspicitur, qua dentes continet; ad palatum prope dentes incisorios transuersa linea apparet, quæ tamen non separat propositum os in plura. Committitur hoc cum nouem ossibus, uidelicet cum quinq; alijs malaꝛ eiusdem lateris, et cum quarto alterius, cum osse sphœnoide, cũ osse frontis, et cum octauo illo caluariæ, quod in tenuia foramina dissipatũ præbet odoribus aditum ad cerebrum; a quibus nouem ossibus in hunc modũ terminat: superiori parte ab osse frontis, et octauo osse caluariæ per suturã; inferiori, per aliam transuersam suturam, à sexto osse malaꝛ, quod ut mox dicemus, ad extremum palatũ collocatur: exteriori ad medium oculi uersus tempora, à primo osse, quod in malis recensuimus; interiori, à secundo, et tertio: anteriori à quarto alterius lateris, et à quinto eiusdem, quod pertinet ad nasum: posteriori, ab osse sphœnoide, tam infra ad dentes, q; supra ad oculum. 33 Quintum malaꝛ os alterum est ex duobus ossibus nasi, quod substantiam habet solidam, duram, licet tenuem; formam uero quadratam potius, q; triquetram; quis. n. superiori parte angustius sit, duos tamen angulos præ se fert; Coniungitur superiori parte, cum osse frontis, et octauo caluariæ; infreriori, cum cartilagine nasi, in quam degenerat: interiori, cum osse nasi alterius lateris, per harmoniam: exteriori cum quarto osse malaꝛ. 34 Sextũ os malaꝛ extremum palatum, et narium internaꝛ partem componens, substantiam habet solidam, sed tenuem, qua latescit. Committitur cæt alteriori, et posteriori parte ad palatum, cum quarto malaꝛ osse, iam exposito: ab interiori, cum sexto osse alterius lateris: à posteriori partim cum osse sphœnoide, partim seiungitur ab alijs, in simum nasi spectans: sex ig. ossa malaꝛ ab uno latere ita habent; eadem est ratio sex alterius lateris: diximus enim malas duodecim ossibus constare; nam ex sex ossibus, quibus oculus cõtinet, quatuor ad malas, duo ad caluariã referuntur. primum pertinet ad frontem; et superiorẽ oculi partem constituit: secundum, ad sphœnoidem, q; interiorem oculũ uersus

33 t. iii. fi. i. q.

34 t. iiii. fi. vi. π π

externum latus bona ex parte effingit. Tertium, (quod primum posuimus) inter ossa malarũ externum oculi angulum efficit. Quartum (quod ad quartum malarũ pertinet) dimidiam partem inferioris ambitus oculi conficiens, ad supercilia usq; tendit, infra oculo magna ex parte subiectum. Quintum ad internum oculi angulum parumillud est, quod secundum in ossibus malarũ numeravimus. Sextum (quod quintum inter malarũ ossa retulimus) ab interno oculi latere similiter situm est; sed magis in interiora uergit. Præter ossa malarũ contineri faciem diximus maxilla. hoc est inferiori ossi dentes continente, quod moueatur; nam malæ immobiles manent: ita ut circumducat, aperiat, et claudat os. Vnicum autem est, licet ad mentum, (quod est maxillæ pars ima) symphysis obscura conspiciatur; per quam duo ossa coaluisse, ueri simile est. Substantia maxillæ dura effincta est ad firmitatem motus, sicuti cana, medullosa, ac sine appendicibus ad securitatem: crassissima autem apparet ab ea parte, quà dentes exigit, quibus decidentibus, aut euulsis, tenuior; et depressa ueluti anuculis cernitur. A lateribus tenuissima est, ubi extrema utrinq; patescat, et quasi bicornis duos processus exigit, quorũ anterior uertice ipso tenuatur, longiusq; procedens sub ossi iugali subit; et chorda musculi temporis ualidissime illigatur; posterior finit in capitulum rotundum, sed oblongum, quod in sinum ossis temporũ excauatum inseritur, obducit autem cartilagine tam capitulum, q; sinus, ad facilitatẽ motus. Superficies maxillæ aspera est, et inæqualis; potissimum ubi musculi inseruntur; ut ad mentum, et ad regionem eius inferiorem, ac posteriorem: atq; ibi etiam unde labrum inchoatur. A lateribus etiam sinuata est; à parte externa, sed potissimum ab interna; partim ut commode musculos recipiat, partim ne spacium in faucibus occupet.

35. 35. t. iiii. fi. vii. viii.

36. 36. t. ii. f. t. iii. fi. 1. f.

37. 37. t. ii. f. t. iii. fi. 1. b. fi. viii. A.

38. 38. t. iiii. fi. viii. H. D.

Expositis ossibus faciem constituentibus, restat, ut si qua foramina in facie deprehendatur, præterea quæ exposita sunt ad caluariæ pertinetia.

seorsum

39. t. iiii. fi. i. E. seorsum narremus. est in osse frontis ad mediu supercilij foramen plerumq;
orbiculare, per quod transit ramus ex tertio pari neruorum cerebri ab oculo
40. t. i. n. t. iiii fi. i. inter Q et S. ad musculos frontis. In quarto[40] malarum osse oblongu aliud insculptum ap-
paret, ab exteriori parte in oculum penetrans fere tectu squama ossis, per
quod ab oculo ad labri, et nasi musculos similiter ramus fertur, ex tertio
41. t. iiii. fi. t. S. pari neruorum cerebri. In interno[41] oculi angulo aliud insculpitur, partimq;
partim ad secundu, partim ad quartu os malarum: praebet hoc aditum non so-
lu ramulo ex tertio pari neruorum cerebri, sed et pituitae ex oculo in nasu des-
42. t. iiii. fi. viii. r. tillanti. In maxilla duo utrinq; foramina se ostendunt,[42] unu ab interna parte
amplu, asperu, inaequale; per quod transit una cu uena, et arteria ramulus, qui ex
43. t. iiii. fi. vii. G. tertio pari neruorum cerebri fertur ad dentes: per alteru[43] quod ab exteriori parte prope
mentu est, fertur ramus ex tertio pari neruorum cerebri ad labru inferius: siqua alia
foramina appareant in ossibus caluariae, et faciei, qua sunt, et aditu praebent uenulis, aut membranis:

De osse yoide c. IIII. Ab ossibus capitis proxime ad os hyoides pergimus; quod cu processibus ossium temporum Stili
forma imitantibus nectatur, seiunctumq; sit, a caeteris ossibus, quae serie quadam inter se iun-
t. v. fi. vii. gunt alia ab alijs pendentia. os quod unicu apparet, sed ex multis componitur, supra guttur
residens a figura literae v. qua utrinq; repraesentat, dictu est ὑοειδὲς, siue ὑψιλοειδὲς; ab
alijs et λαμβδοειδὲς quod Λ literae speciem referat; ab alijs φαρυγγέθρον; quod in faucibus situ
sit. Licet paruu sit, maximam tamen utilitatem affert; nam et ualida ligamenta continet, et musculos, partim
communes aliarum partium, ut linguae, gutturis, scapularum, partim proprios, ut qui ad processu
stiloide pertinet, et qui buccas mouet. Hoc os mediu patescit ab exteriori parte gibbu, ab
t. v. fi. vii. T. R. anteriori simu. Vtrinq; aut a lateribus duos processus exigit, v literam referentes: ex ijs ille ab utr-
oq; latere qui ad priore parte spectat longior est, teres, et pluribus ossibus compositus, plerumq; aut
t. v. fi. vii. E. F. ternis, ut quaternis; duo alij qui uergunt uersus posteriore, latiores sunt, ac breuiores; quae
figura idonea est musculis, quibus illigari debet. situ est aut (ut diximus) in faucibus, ubi musculis
adeo illigatur, ut ex suo loco dimoueri nequeat. licet aut non inuidat basi alterius ossis,
per longiore processu nectitur cu processu stiloide, quamquam os hyodes pro longiori processu ligamentu
aliquando habet, ut in cadauere mulierum apparet; per quod cu processu stiloide illigatur. sed mi-
nor processus ossis hyoidis suo fine nectitur cu superiori processu scutiformis cartilaginis.

De ossibus spinæ, ossis sacri, et coccygis C. V.

Caput excipit spina dorsi, ad quam nunc aggredimur; expenduntur prius quæ uniuersæ communia sunt, deinde quæ pertinere ad singulas eius partes uideantur. Vocatur hæc à græcis ἀκάνθα, propter posteriores processus spinam referentes, cuius usum hominibus præbet, quem nauibus carina; per eam recti incedunt, recti item insistunt: præterea cum media perforata sit, per eam transit medulla à cerebro descendens, unde oriuntur nerui pertinentes ferè ad omnes corporis partes: spectat spina etiam ad motum, nam eius beneficio corpus flectitur, et extenditur. Ad motum natura respiciens magis q̃ ad firmitatem, ac stabilitatem, non ex unico osse, quod firmius fuisset, sed ex pluribus ipsam constituit; non quidem ex paucis, ut membra, sed ex multis, ne medulla ualidiori, ac subito flexu laceraretur, sed paulatim curuaretur; id quod præstat ossium multitudo, quæ natura ita inter se commisit, ut in priorem partem flecterentur: ijsdem pluriμa adiecit cartilaginem, ut minus comminuerentur, aut absumerentur, qua potissimum obduxit posteriores processus, quos spinam repræsentare diximus; habent hi uim propugnaculi, mcãillamq̃ ab externis iniurijs defendunt. Figura spinæ incurua est: ad cervicem enim uergit uersus partem anteriorem; ad thoracem uersus posteriorem: ad finem thoracis et initium lumborũ rursus uersus anteriorem; ad finem lumborũ, et os sacrum uersus posteriorem: quæ figura maxime idonea est, non solum ad situm eorũ quæ ab interna parte, in thorace, aut uentre ipsi innituntur; sed etiam ad flexum; sic enim figurata spina commode flectitur corpus; siquidem ad finem thoracis, ubi in anteriorem partẽ magis spectat, quodam modo basis est, supra quam et superior, et inferior pars mouetur. Ossa, ex quibus componitur spina, (quæ σπόνδυλοι latine uertebræ nominantur) uiginti quatuor sunt; septem in cervice; duodecim ad costas, reliquæ quinq̃ sunt proximæ costis, cum quarũ postrema committitur os sacrum. Commune est omnium prima excepta,

1 t vi. fi. 1.

2 t. vi. fi. 1.

à posteriori

à posteriori parte processum exigere, à quo spinæ inuenisse nomen iam retu-
g. t. vi. fi. i. limus; commune item omnium est, à priori parte dimidiatam trochleam
4. t. vi. fi. i. referre, à lateribus4 uero processus exigere, sursum, et deorsum spectantes, seu
ascendentes, ac descendentes, et partim desidentes, partim prominentes, per
quos una uertebra cum altera connectatur. omnes etiam communiter
s. t. vi. fi. i. habent transuersos processus duos; unum ab utroq; latere supernè situ-
atum; ut aditum præbeat nerno à medulla excunti. omnes quoq; mediæ
perforatæ sunt, ac pernicæ; ut medullæ à cerebro descendenti transitum
præbeant, quod tamen cauum non est æqualiter amplum in omnibus; sed
in superioribus latius patet; in inferioribus subinde angustius red-
ditur; quippe quod respondere ubiq; debeat magnitudini medullæ, q
grandior ex cerebro emanat; sed subinde minor redditur; atq; absumi-
6. t. vi. fi. i. q. cum neruos producit. tum omnes à lateribus, quà inter se committuntur,
excauatæ sunt; ita ut ex cauo superioris, et inferioris uertebræ, unum
quasi rotundum foramen reddatur; per quod exit nerus, qui deriuat
à medulla; et per quod uena, atq; arteria ad eandem penetrat. Quod
ad magnitudinem attinet; cum corpora quæ sustinent, maiora esse
debeant q; quæ sustinentur: subiectæ uertebræ, cum supereminentes sus-
tinere debeant, merito grandiores fuerunt effictæ. Quamobrem sacru-
os quod ipsis omnibus subijcitur; longe maximum est: quanto autem
superiores sunt, tanto non solum minores sunt, sed tenuiores quoq;, cum
magis excauatæ sint: ad ampliorem medullam suscipiendam. Quæq;
prima uertebra quæ caput excipit, latior est, propter musculos qui
uel caput mouentes in ipsam inseruntur; uel ab ipsa orti scapulas attol-
lunt; secunda etiam ut committi cum prima posset, magnitudine
tertiam superat; reliquæ omnes quanto inferiores sunt, tanto grandi-
ores inspiciuntur. Iunctura uertebrarũ inter se ita habet; à priori par-
te qua ipsarũ corpora se mutuo attingunt, arcte inter se nectuntur

quòd ab ea non debeant moueri uersus posteriorem, sed à posteriori in priorem, et idcirco ibi laxius alligantur: A lateribus uero per processus, quos omnium communes ascendentes, et descendentes posuimus; non omnes eodem modo inter se committuntur; sed quæ inter primam et duodecimam intrectæ sunt, processus ascendentes quidem gibbos habent, ita ut à supertectæ descendentibus processibus sinuatis recipiantur: descendentes uero sinuatos, in quos inseruntur ~~ascendentes~~ processus uertebræ ~~supertectæ~~ sub. At prima uertebra processus habet tam inferne, q̃ superne sinuatos; quòd superne capitis tubercula recipiat. Inferne gibbos processus secundæ uertebræ ex contrario duodecimæ tam ascendentes, q̃ descendentes processus gibbos exigit: ascendentes inseruntur in processus descendentes undecimæ uertebræ sinuatos: descendentes uero, in processus primæ lumborũ uertebræ; ascendentes similiter sinuatos; quinq̃ autem lumborũ uertebræ processus ascendentes habent sinuatos, descendentes gibbos, per quos insinuantur in subiectas: excipe quintam, quæ descendentes processus habet non euidenter gibbos, aut sinuatos, per quos committitur cum prima parte ossis sacri. Hæc quæ de spina in uniuersum proposuimus, fere communia sunt; si qua enim propria commemorauimus, id fecimus, ut quæ communia sunt ab illis separaremus. Nunc proximum est ut ad propria transeamus; si ante spinam in tres partes distribuerimus; in ceruicem, thoracem, et lumbos: quibus ut quartam, adijcemus os sacrum: de quibus omnibus agere seorsum expedit.

Ceruix igitur à natura instituta est propter asperam arteriam, quæ in ipsa residet. Hoc uel ex eo intelligi potest, quòd animalia, quæ pulmone, et arteria carent, carent etiam ceruice; quæ pulmone et arteria prædita sunt; prædita sunt et ceruice. Constat ceruix ex uertebris septem, etnõ ex uno osse, ut ad capitis motum accommodentur. Porrò capitis motus duplex proponitur à Galeno: unus, quo in latera uertitur, quem fieri

7. t. v. fi. vi.

ait à

ait à commissura capitis cum prima uertebra, alterum in priora, aut posteriora uertitur; quem fieri scribit à commissura primæ uertebræ cũ secunda. sed tertium motum caput præstitit, cum circumducitur. Ex tribus propositis motibus, constat, duos esse proprios capitis; tertium autẽ ad ipsum spectare, quatenus mota cervice mouetur. Hic autem est ad latera, quem non præbet commissura capitis cum prima uertebra, ut uoluit Galenus, neq; enim subitò in latus esse debuit; nam sic uiolaretur medulla, sed paulatim; quo spectant omnes uertebræ cervicis. q̃ simul omnes in latus inclinantes, paulatim medullam secũ trahũt. Ex reliquis duobus motibus, ille, quo caput in priora, et in posteriora mouetur: perficitur per commissuram ipsius cum prima uertebra; nõ cum secunda, quæ adeo arcte illigatur, ut curuari non possit, quantumcunq; curuari caput uidemus: sed commissura hæc præstat alium motũ proprium capitis; quo uidelicet circumducitur: primæ enim uertebræ innixum super secundam, quasi super axem conuertitur. Vsus igitur uertebrarum cervicis huiusmodi est; pergamus ad earũ formam; quam ad ipsum præstandum aptissimam comperiemus. Ex septem eius uertebris, prima excipit capitis duo tubercula oblonga, quæ in osse occipitij utrinq; esse diximus à latere magni foraminis, per quod spinæ medulla ex cerebro egreditur; quibus tuberculis prima uertebra respondentes sinus habet, ab utroq; latere imum. Constat autem ex osse durissimo, ut firmius sit, cum alioquin tenue esse debuerit, ob cauum amplum ad medullam recipiendam. A priori etiam parte intus sinuatur; quatenus processum dentiformem admittit, quem secunda uertebra exigit à priori parte: et tam processus, q̃ sinus cartilagine obducitur. Verũ extrà è regione sinus os prominet, et crassius est, ut firmitatem sinui præstet; et simul etiam accommodetur ad originem musculorũ primi paris mouentium dorsum: exigit præterea prima uertebra transuersos processus

v. t v. fi. vi. cc.

g. t v. fi. vi. a.

x t v. fi. v. d.

xx t v. fi. vi. e.

longiores, et latiores reliquis uertebris, ut excipiant quintum, et sextum par musculor' mouentium caput: habet utrq; processus foramen, per quod transit uena, ac arteria in caluariam; qua autem prima uertebra utrinq; cũ osse occipitij committitur, foramen apparet partim in ipsam, partim in occipitij os excauatum, per quod exit primum par neruor' à medulla, per quod item uena, et arteria, per quam per paulo ante propositum foramen transire diximus, in caluariam penetrat. A posteriori parte sola inter uertebras caret spina, quoniam aliena fuisset musculis, qui ea parte feruntur, ibi ẽt prominet, et aspera est: ut quartum par musculor' mouentium caput facilius inseratur. Inferior pars utrinq; sinus habet, in quos ingrediuntur processus secundæ uertebræ sursum spectantes: tam simibus, q; processibus obducta est cartilago. Secunda uertebra committitur cum prima, quæ commissura (ut ante ostensum est) motui in anteriora, et posteriora minime aptatur; nam præterq; quod huic præstat commissura capitis cum p.ª uertebra, secunda cum prima adeo illigatur, ut flecti non possit; sed caput super secundam circumducatur; quem motum non potest efficere commissura ei⁹ cum prima uertebra; quod non sit ibi sinus, ut processus rotundus, ut in iuctura fœmoris cum coxa; sed oblongus: secunda igitur uertebra superne à lateribus processus exigit, qui ad unguem respondent recessibus primæ in quos insinuantur: exigit et secunda processum dentiformem, à quo dẽs nominata est: hunc recipi ostendimus in sinu interno à priori parte primæ uertebræ, ubi uallide alligatur. Eiusmodi dens sinuatur à lateribus, ut præbeat aditum ramulis, qui ex secundo pari neruor' medullæ deriuati musculis collum flectentibus impertiuntur: sinuatur et à posteriori parte ubi ligamentum inseritur; per quod in sinu primæ uertebræ qui asper est, alligatur. Pars dentis superior, quæ primam uertebram excedit, aspera est, ut ibi concinnius ligamentum inhæreat, per quod illigatur cum osse occipitij similiter aspero, à priori parte foraminis, per quod medulla à

capite

12 t. v. fi. vi. t.

13 t. v. fi. vi. d. lib. ii. fi. xv. xvii. n.

à capite descendit: Vtraq; autem à lateribus uersus posteriorem partem, quà secundæ uertebræ processus in primæ sinibus recipiuntur, excauata est; adeo ut ex eiusmodi cauis foramen unum utrinq; efficiatur, per quod exit semipar nervorũ à medulla: Habet etiam secunda processus à lateribus bipartitos, ac sinuatos cum foramine, per quod uena, et arteria intro ad calua-
i4 t. v. fi. vi. o. riam fertur. Ab inferiori uero parte processus sinuatos, quibus utrinque recipit gibbos tertiæ uertebræ processus; sed à priori parte media prominet, utrinq; desidens, ut apte ibi inserantur musculi collum flectentes. Verũ,
15. t. v. fi. vi. B. is processus, qui à posteriori parte ipsum constituit, in extremo bipartitus est, 2
16. t. v. fi. vi. C. ut reliquarũ uertebrarũ cervicis, excepta sexta, et septima: aliarũq; omnium processus, qui spinam facit, latus est, inæqualis, asper, ramosus, infernè cauus; supernè gibbus; ac utrinq; modicè depressus. constat autem eiusmodi processus bipartitos fuisse, ut apturentur nexui plurium musculorũ: cæterũ processus, qui in secunda uertebra spinam facit, alios magnitudine excedit ob musculos tertij, et sexti paris caput mouentes. sed satis de secunda uertebra, cervicis; eadem fere est ratio quinq; sequentium, quæ à lateribus supernè processus exigunt, qui in recessus uertebræ superiectæ insinuantur; contra infernè desidunt, ut processus subiectarũ uertebrarũ accipiant; à lateribus etiã
17. t. v. fi. vi. H. processus habent sinuatos cum foraminibus, et iuxta hos alia foramina coĩa superioris, et inferioris uertebræ: à posteriori parte processus exigunt bipartitos, qui spinam conficiunt. Verum sexta non ita manifestè bipartitũ habet spinæ processum: obscurius adhuc septima, sed utraq; extremo hoc processu adiunctam habet appendicem; quam non reperies in superiorũ uertebrarũ posterioribus processibus. Committitur septima uertebra cervicis cum prima thoracis commissura magis plana, per minores processus, ac recessus; quandoquidem et motus debebit esse obscurior: q̃ in uertebris superioribus. Illud aũt ignorare non oportet, quòd in qualibet fere cervicis uertebra numerare tredecim processus licet, utrinq; n. inspicitur

unus ad latus illius cauj. in quo recipitur processus superioris uertebræ. Tertius, et quartus sunt duo processus ascendentes. utrinq; unus. Quintus, et sextus duo descendentes, similiter utrinq; unus. Transuersi duo processus bipartiti efficiunt
18. t v. fi. vi 1. septimum, octauum, nonum, et decimum, sicut undecimum, et duodecimum posterior processus bipartitus. decimum tertium prior pars uertebræ, quæ inferius procedens, in subiectam inseritur. Postremò constant uertebræ cernicis ex pluribus ossibus, quæ in tenera ætate sc̃ estundunt, nam in adultis coalescunt. Hactenus de cernice.

19. t. vi. fi. i. 11. Sequuntur uertebræ thoracis, quæ duodecim sunt. quamq; in aliquibus tredecim reperiuntur. quod rarum est: in aliquibus undecim. quod rarissimum. sed uertebraꝝ cernicis, aut lumboꝝ numerus idem est in ossibus omnibus, neq; uarius ut thoracis. Substantia horꝝ ossium à posteriori parte laxa, et foraminibus plena, conspicitur; ita ut aditum præbeat uenis, àquibus nutriatur. Quod attinet ad conformationem; prima uertebra thoracis supernè habet inæqualem superficiem, perinde ac uertebræ cernicis, infernè inæqualem, ut reliquæ thoracis, quæ planè undentur, et non sinuatæ à priori parte quà inter se committuntur: contra q; in cernice, ubi superiores uertebræ à priori parte descendunt in sinus inferiores. Verum duæ priores uertebræ thoracis à priori parte desidentem superficiem habent, propter musculos qui ibi inseruntur; alia uero prominentem in semicirculi speciem.
20. t vi. fi. i 5. Omnes autem utrinq; à lateribus processus exiguos sinuatos, respondentes capitulis costaꝝ, quæ in illis recipiuntur. Sinus uertebraꝝ, in quos inseruntur capitula costaꝝ, usq; ad decimam insculpti sunt à lateribus in uertebra superiori, et inferiori iuxta foramina, unde exeunt nerui à medulla; magis tamen pertinent ad inferiorem uertebram, q; ad superiorem; q; q; prima, undecima, et duodecima. sinum habent totum in se excalptum, et non impertitu uertebræ, cum qua iunguntur. Sinus, in quem costæ capitulum inseritur, cartilagine obductus est, et obtusum angulum repræsentat; perinde atq;

ipsum

21. t. vi. fi. M

costæ capitulum. Quælibet item ex uertebris thoracis 21 transuersos processus æquales exigit, usq; ad decimam; in qua minores sunt, q; in superioribus: nã et capitula, quæ ab illis recipiuntur, ipsaquoq; minora sunt. minores adhuc sunt processus undecimæ, et duodecimæ uertebræ, quod minores præstent usus, neq; enim sinum insculptum habent, ubi recipiantur tubercula undecimæ, et duodecimæ costæ, quæ non in processus, sed in ipsa uertebrarũ corpora insinuantur: nam in aliarũ uertebrarũ omnium transuersis processibus sinus insculpti sunt, quibus à priori parte se ostendunt, sed alij magis supra, alij magis infra. In prima enim deorsum spectant, in nona sursum; in mediis medio° habent; quibus Galenus omnes inferius spectare tradiderit. Cæterũ processus, qui à posteriori parte spinã constituũt, in uertebris thoracis simplices sunt, non duplices, ac bipartiti, sed uariam habent formam; quandoquidẽ in nouem superioribus uertebris

22. t. vi. fi. PP.

longissimi 22 sunt, ex lato in angustum tendentes triangulari modo. Undecima autem, proxime minor deprehenditur, q; in superioribus, et in obtusum mucronem desinit, non acutum, ut cæteri. Duodecimæ processus breuior est, sed latior; cuius mucro teres est, ac densus. At in uertebra duodecima breuis est, latus, et utrinq; depressus; ut in uertebris lumborũ. Iam uero spectant processus, qui in uertebris thoracis spinam faciunt nouem deorsum sed à decima incipiunt, recta fere retrorsum; id quod magis in undecima; magis adhuc in duodecima apparet; non tamen ita recta ferũtur, ut non aliquid deorsum spectent; id quod eorum et processibus spinæ lumborũ. Transuersi uero processus nouem superiorũ uertebrarũ thoracis, perinde atq; cervicis non nihil deorsum uergunt; sed paululũ, quibus corpora sursum magis spectent; at mucrones processuum paululũ deorsum inclinati uidentur. In decima tamen, et undecima uertebra sursum conuertuntur. Duodecimæ uertebræ transuersi processus nõ solũ sursum uergunt, sed etiam retrorsum ducuntur. Ita autem inter se

commiſſuntur uertebræ thoracis, ut inferior utrinq; proceſsum exigat, qui in ſuperiorem inſeratur, excepta duodecima, quæ utrinq; proceſſus exigit ſuperne, et inferne, ita ut recipiat à ſimilibus, tam thoracis undecimæ, q; primæ uertebræ lumborũ; interdum tamen euenit, ut non duodecima, ſed undecima, aut alia ſit, quæ utrinq; proceſſus exigat: et utrinq; recipiat: plerunq; tamen id euenit duodecimæ. Quod ſi omnes proceſſus numeremus, in unaquaq; thoracis uertebra ſeptem comperiemus; binos aſcendentes, binos deſcendentes, binos tranſuerſos, et unum poſteriorem, qui ſpinam conſtituit.

23. t. vi. fi. i. n. q.

24. t. i. ii. iii. inter L. & M. t. vi. fi. i. L.

Duodecim uertebris thoracis ſubijciuntur quinq; lumborũ grandiores, et craſſiores, quarũ ſubſtantia rara eſt, et pumicis modo plena foraminibus, q; partim conferant ad lenitatem, partim tranſitum præbent uenis alimentũ deferentibus: earũ craſſitudinem auget anguſtius cauum, per quod tranſit medulla, quæ maxima ex parte abſumpta eſt in neruos ſupne deriuatos: foramen at per quod exit nerus a medulla, et ad eandem fertur uena, et arteria, quæ inter ſe uertebræ commiſſuntur: totũ fere pertinet ad ſuperiorem uertebram; nam inferior tantùm imam foraminis partem componit.

25. t. iii. s.

Proceſſus aſcendentes in unaquaq; oblongi ſunt; et plurimũ ſinuati; ut recipiant tubercula deſcendentium proceſſuum uertebræ ſuperioris, qui ſimiliter oblongi ſunt; tranſuerſi uero tenuiores ſunt in uertebris lumborũ q; thoracis; eatenus autem longi ſunt, ut uideantur eundem uſum præſtare in lumbis, quem coſtæ in partibus ſuperioribus: breuiores tamen apparent in prima et quinta, q; in medijs inter utrãq; : ſurſum uero ſpectat illi ſoli, qui ad quintam pertinent. At poſteriores ualidi, et craſſi ſunt; non tñ longitudinem habent ſuæ moli reſpondentem; ſed adiunctam habent appendicem, cum mucrone hebeti, ac trianguli ſpeciem referente. Galenus iuxta foramen, unde exire neruum diximus, utrunq; longũ proceſſũ eſſe ait deorſum ſpectantem; qui reuera non reperitur in homine, ſed in ſimia: in unaquaq; autem uertebra lumborũ hominis ſeptem dumtaxat proceſſus oſtendunt.

26. t. iii. s.

27. t. i. ii. iii. q.

26. t. ii. iii. r.

ostendunt; duo ascendentes, duo descendentes, duo transuersi, unus à parte posteriori; quod si ascendentes ut duplices consideres, nouem erunt: Lumborũ uertebris prox. subijcitur ὸς, quod græce ἱερόν, idest sacrum, et πλατὺ, idest latum nominatur; est enim multo latius q̃ ossa uertebrarũ, cumq̃ ualide interias partes munit, iure etiam sacri nomen inuenit; quamobrem effinctum fuit à posteriori parte conuexum; à priori concauum, et leue; sic enim melius tuetur: et mitius continet partes, ad quas muniendas fuit effinctum: præbet etiam usum, quem uertebræ; quandoquidem excauatũ est, ut medullam recipiat, quæ tandem paulatim in neruos degenerans, cum ipso finitur. Verum os sacrum non unum simplex est; sed ex sex cõpositum, et coagmentatum; quæ quanto inferiora sunt, tanto minora efficiuntur; quanto superiora, tanto maiora apparent: ita autem inter se nectuntur, ut à priori parte coaluisse manifeste uideantur. Tenera tamen ætate, in eorũ commissura media quædam cartilago se ostendit; à parte posteriori, ne uestigium quidem commissuræ deprehenditur; nisi in pueris. In alia uerò ætate tantum multiforma ossa se ostendunt; neq̃ commissura linea apparet; nisi ubi primum cum secundo coniungitur a latribus: quod attinet ad processus ascendentes, et descendentes, iunctura admodum obscura deprehenditur uersus partem priorem; sed uersus posteriorem, sine ~~unica~~ ulla penitus iunctura, unicum tantum os apparet; præterq̃ ubi primum cum secundo coniungitur; ubi processus ascendentes, et descendentes, ut in uertebris, inter se committuntur; Transuersi tamen processus primi ossis, et secundi, adeò ualide inter se coalescunt, ut nullo modo moueãt; qui processus in secundo osse ampliores sunt, et crassiores, magisq̃ antrorsũ, ac retrorsum prominẽt. A superiori autem parte primum os proposito committitur cum quinta uertebra lumborũ, quemadmodum illa cum quarta: refert enim speciem uertebræ, et in uetustis cadaueribus separatum à quinq̃ subiectis plerunq̃ reperitur. Sextum os non exigat processus transuersos; sed ꝑ tuberculũ

Lg. t i ii. iii M. t vi fi. ii L.

Bot. vi. fi. i. LL. M. R.

dumtaxat in quod finitur, committitur cum coccygis osse eo modo quo uertebrarũ corpora inter se committuntur. superiora autem ossa per transuersos processus
31. t. vi. fi. ii. N. P. Q. à lateribus sinuatos ossi illi utrinq; recipiunt, ita ut inualide cum eo uertantur.
32. t. vi. fi. ii. d d. processus à posteriori parte spinam constituentes. à maioribus ossibus maiores profiscuntur, à minoribus minores, donec ad imum perueniatur, atq; omnes deorsum spectant. Verum foramina per quæ nerui à medulla exeunt, ita habet,
33. t. vi. fi. ii. 1. 2. 3. 4. 5. 6 quod primum partim in quinta uertebra, partim in primo osse sub eo sito insculpitur, ac reliqua similiter inter duo ossa. ut inter primum, et secundum, et ita deinceps. hæc autem ab utroq; latere à posteriori parte se ostendunt, unde sex neruorũ paria transeunt, in quæ medulla finitur. Apparent in medio posteriori
34. t. vi. fi. ii. e. f. g. h. i. k. partis ubi medulla continetur, cauia quædam ad ipsam penetrantia ligamentis infarcta.

35. t. 1. 2. iii. N. t. vi. fi. ii. G Postrema spinæ pars numeratur os coccygis nomine à Galeno uocatũ, quod non unum simplex est, sed ex quatuor coagmentatum ad imum recti intestini defendendum quorũ substantia rara, et laxa est, plurimamq; adiumenta habet cartilaginem, præsertim ad extremum: hæc eundem usum præstat, quem in spina: singula autem ex his ossibus quanto inferiora sunt; tanto minora. quanto superiora; tanto latiora: cumq; in interiorem partem curuentur, cuculi rostrum repræsentant. carent præterea processibus, sinibus, foraminibus; non continent medullam, quam finiri diximus in imo ossis sacri; non præbent transitum neruis; sed committuntur inter se, et cum
36. t. vi. fi. ii. c. sacro osse, quemadmodum corpora uertebrarũ.

De costis, ossibus pectoris, & inguh C.VI

Verte paginam.

De costis, ossib.⁹ pectoris, et iugali C.VI.

Inter spinæ uertebras duodecim numeramus, quas ad thoracem retulimus, quòd committantur cum costis, quibus thorax continctur; quamobrem spinæ, costas, et ossa thoracis merito nunc subijcimus, in quorũ fabrica natᵃ partim ad motum spectauit, partim ad munienda uiscera subiecta: caput enim quod moueri non debuit, ossibus undiq; muniuit, uentrẽ, qui plurimum, ac uehementem motum postulabat, abdomine operuit ex musculis composito; in thorace ossibus musculos inseruit, ut partim moueretur à musculis in respirando, partim defenderet quæ intus recondita seruat, id quod præstant ossa, quæ ita etiam structa sunt, ut dilatari uicissim, et contrahi thorax possit; hoc autem magis perspicuum erit, si seorsum de costis, et de ossibus pectoris agamus.

i. t. 1. n.

Costæ igitur, quas græci πλευρὰς appellant, thoracem constituunt; à posteriori parte cum spinæ uertebris, à priori cum osse, et cartilagine pectoris coniunctæ. Constant autem ex osse, præterq; à priori parte ubi in cartilaginem degenerant. os à posteriori parte quà cum uertebris committuntur, appendicem habet, et durum est, ac densum: contrà à priori cauũ, ac laxũ intus; extima tamen eius superficies tenuis, ac dura testa conspicitur. Cartilago, in quam degenerant costæ, quæ ad os thoracis perueniunt, duriores est, et in senectute facile uertitur in os, quasi cartilaginis squama ossi tectum: illa, in quam degenerant costæ inferiores, quæ usq; ad thoracis ossa non perueniunt, longe mollior est; neq; unq; conuertitur in os. Sed satis de materia costarũ, pergamus ad formam. Ita igitur figurãtur, ut externa parte gibbæ sint, interna cauæ; sic n. internum spacium thoracis amplius reddunt; à superiori parte hebetes sunt, ab inferiori acutæ. Cũ p.ⁱⁿ autem à uertebris recedunt, tendunt obliq; deorsũ in posteriora, et hinc ad thoracis latera deorsũ semper uersus anteriora declinant, quousq; in cartilaginẽ desinant obliq; in orbem sursum in anteriora porrectam; tum n. sursũ fig.ᵃᵐ arcus, et in angulum quodam modo flectuntur; id quod commune est et costis no-

costis nothis, excepta duodecima, cuius cartilago admodum obscure sursũ spectat. Cartilago, in quam quinq; inferiores desinunt, in acutum mucronem finitur. At primæ cartilago angusta incipit, et paulatim latescit, secundæ, tertiæ, quartæ, quintæ, et sextæ extrema tuberculum acutum exigit, quod in osse pectoris recipit. A posteriori parte costarũ ossa in tuberculum finiuntur, quod cum corpore uertebræ committitur. omnes etiam usq; ad decimam propè iam dictum tuberculum aliud exigunt; quod in sinum inscritur transuersi processus uertebræ. Vbi à transuerso processu recedunt uersus partem anteriorem, in capitulum quoddam assurgunt; cum quo nectuntur chordæ undecimi musculi mouentis dorsum; quæ nectuntur etiam cum extremo transuersi processus. sed paulo ulterius assurgunt costæ in aliud capitulum, cui quartus musculus illigatur thoracem mouens. Externa costarũ superficies, quam thoracis membrana cingit, lęuis est; nisi ubi cum uertebris committuntur; ibi enim aspera est ut melius ligamenta retineat. Paulò ẽt ulterius uersus anteriorem partem asperitas sentitur, propter musculos, et chordas, quæ ibi inseri debent. eadem sentitur à superiori, et inferiori parte, ubi necti musculi debent intercostas collocati. Quibusdam etiam partibus costæ sinuantur, ut cedant uenis, neruis, et arteriis; id quod non accidit tribus superioribus; ad quas non pertinent magna uasa, neq; tribus inferioribus; cum depressæ sint, quantum satis est ad ea recipienda. Magnitudo non est eadem omnium: superiores, et inferiores breuiores sũt, mediæ longiores. unde prima, et duodecima breuissimæ; dein secunda, et undecima; tertia, et decima; sexta, septima, et octaua, longissimæ sunt. Respondet cartilaginis longitudo, longitudini costarũ; longiores enim longiorem habent cartilaginem adiunctam. Eadem ratio est latitudinis; nam prima costa, q̃ latissima est, in latissimam cartilaginem terminatur; sextæ, septimæ, octauæ, et q̃nq; nonæ cartilago adeò latescit, ut nullum ferè spacium inane relinquat. Crassitudo cartilaginis, costarũq; crassitudini respondet; undecimæ enim, et duodecimæ, quæ tenuissimæ sunt, tenuissima adiecta est cartilago; mediæ, medio

modo habent quod utrunq; duodecim numero sint. satis patere potest ex duodecim
uertebris thoracis. cum quibus committuntur: ut autem uertebræ rarò tredecim sint,
rarius undecim. ita et costæ. Ex his septem superiores non solum cum uertebris a pos
teriori parte. sed etiam cum osse pectoris a priori committuntur. Quinq; inferiores
spuriæ appellantur, quod à priori parte non perueniant ad os pectoris. sed à lat
finiantur suis cartilaginibus inter se alligatæ. excepta duodecima, quæ cum un
decima per cartilaginem non nectitur: sicut neq; hæc interdum cum decima.
omnes, cum uertebris autem committuntur non tamen duplici articulo omnes, ut uolunt
Galenus. sed tantum nouem superiores. quæ uno tuberculo in sinu corporis uertebræ,
altero in sinu processus transuersi recipiuntur. decima rarissime duobus arti
culis nectitur, undecima. et duodecima unico dumtaxat capitulo corpori uer
tebræ inhærent. Capitulum extremum. per quod costæ cum uertebræ corpore com=
mittuntur. non recipitur in una uertebra dumtaxat. sed in sinu in duabus ex-
culpto: primæ enim costæ dumtaxat capitulum inseritur in sinum in prima
uertebra insculptum: sinus. qui recipit capitulum octo sequentium. insculptus
in duabus. Ternæ ultimæ per parua foramina capitula in sinus pares desiden-
2·t·s·ii·o·x·y· tes inseruntur. Os pectoris partim defendit interna uiscera; partim musculos
fulcit, partim accommodatur ad motum. cum sinus habeat. in quos costarum
cartilagines coniiciuntur: eius substantia non admodum solida est, sed intus
rara. pumicis modo, quæ ab anteriori parte solidiori testa tegitur: a posteriori
non ita solida. ubi nonnulla foramina se ostendunt. non peruia præsertim
ubi crassius est; per quæ uenæ transeunt alimentum deferentes. Degenerat
os pectoris in cartilaginem mucronatam à parte inferiori. tum a superiori
parte, et à lateribus, ubi costarum cartilaginem recipit. Figura totius ossis pec=
toris ensem, cum suo manubriolo repræsentat, et idcirco ξυφοειδες græce, hoc
est ensiforme nominatur. Quod ad magnitudinem attinet, os pectoris latius
est in homine, quam in aliis animalibus; proportione sui corporis, sed breuius. quamuis
autem unicum uideatur, constat tamen ex pluribus; id quod deprehendes
ubi mem=

ubi membranas abraserus, quibus obducatur. Galenus ex septem constare os pectoris existimat; quod totidem sinu costæ, quæ cum ipso iunguntur; sed in adultorũ cadauere tribus tantum contineri iudicatur; ætate tenera ex pluribus compositũ cernatur: ex tribus autem, quæ manifeste apparent, tertium in cartilaginem degenerat, à qua seiungi facile potest: primũ apparet ab externa parte gibbũ, ab interna simum; in medio assurgit in speciem trianguli; à superiori parte sinum habet lunatum, ubi caunum quoddam efficit; quod etiam ante sectionem conspicitur, ubi etiam crassius est, q. ab inferiori, crassius vtem est in medio sm longitudinem, q. à lateribus: Commissura huius cum secundo adeo laxa est, ut sensui cedens sit, et inrespirando manifestum motum præseferat. Secundus os incipit ubi secundæ costæ cartilago primo inhærescit; magis autem latum est, q. crassum, angustius tamen est à superiori parte, quà committit cum p.o q. ab inferiori: sed nullibi æquat latitudinem superioris partis primi ossis. Huic inniterent utrinq. cartilago tertiæ, quartæ, quintæ, et sextæ costæ, et aliqua ex parte secundæ, et septimæ; nam tertium os exiguum est, vbiq. incipit, ubi septimæ costæ cartilago secundo inhærescit; paulo ãt post degenerat in mucronatam cartilaginem. Collocatum est os pectoris uniuersum à priori parte, superne ãt à iugulo incipit, et inferne ad mucronatam cartilaginem finitur: cui septum transuersum illigatur: à lateribus committitur cum costarũ cartilagine capitulata; habet n. sinus cartilagine obductos, ubi illa recipitur: quà ãt supne cũ iugulo committitur cartilagine mollitum, utrinq. simi habet oblongum. recessus posteriora insculptum, in quem iuguli caput inseritur.

Inter ossa thoracis numeratur et iugulum potest, q. ius ad scapulam quoq. et brachium pertineat. uocatũ iugulum græce κλεῖς; est autem id os qd utrinq. cum pectoris osse, et scapula committãtur: eius munus est et claudere thoracẽ, ac firmare, et prohibere quominus os scapulæ ad thoracem accedat, quod euenit, ubi iugulum frangitur, qui casus non simit brachium aut circumduci, aut porrigi ad pectus, collum, dorsum, ilia. Suistantia huius ossis in medio so-

lida est et dura. ab utroque extremo laxa, et rara, ubi crassior est, et capitulata.
A posteriori parte parua foramina se ostendunt, per quae uenae ad ipsum penetrant.
Figura iuguli non recta est. sed ubi ab osse pectoris uersus os scapulae recedit,
paulatim in exteriorem partem recuruatur: ac post medium rursus in an-
interiorem, et rursus ubi ad scapulae processus accedit, in exteriorem partem;
ita ut referat figuram literae ſ quae maxime idonea est tum ut utrumque committi
possit, tum ut cedat partibus subiectis. qua autem cum osse pectoris coniungitur,
triangula structura, tam in eius capitulo, quam in sinu ossis pectoris inspicitur.
In utroque obducta est cartilago, quam si a capitulo detrahas asperum inuenies;
qua uero coniungitur cum scapula, latiorem capitulum habet, sicut et quod
respondet sinui scapulae lato, in quo recipitur. medium inter extrema fere teres
apparet: aliquibus partibus sinuatur, et asperum est, aliquibus assurgit
ad musculos, ad ligamenta excipienda.

Committitur iugulum per diarthrosim cum osse pectoris. nam eius caput in huius
7. t. vi. fi. v. s sinum inseritur intercedente cartilagine mobili, quae ibi ligamentis nectit:
at cum posteriori processu ossis scapulae per eam commissuram iungitur quam Graeci
ἀρθρωδίαν uocant; non facile enim discernas utrum recipiat, aut recipiatur
iugulum, an scapula. transit et iugulum super sublimem partem superioris
processus scapulae cui innititur atque arcte illigatur. Haec de iugulo, transeamus
ad scapulam.

De scapulis. c. vii.

De scapulis C.VII. Verte &c.

De scapulis caput VII.

1 t ii m R. t vi fi. iiii

Scapulæ quæ latine etiam scoptula operta, quæ ὠμοπλάται nominantur, duo
ossa sunt utrinque unum sub occipitio versus vertebras, quæ in gracilibus qui
potissimum perspiciuntur aut eminent, a quarum similitudine eiusmodi homines πτε-
ρυγώδεις dicuntur, quasi alati. pertinent ossa hæc ad thoracem, quatenus ipsum
a posteriori parte muniunt, quasi propugnaculum. quo nobis ita opus fuit a
priori, cum oculis prospicere et declinare valeamus, quæcunque noxam af-
ferre possunt. pertinent et ad brachium, quatenus humeri caput in sca-
pularum sinu movetur. merito igitur a nobis ascriptis ossibus thoracis sca-
pulæ describuntur, quæ præterquam quod thoracem muniunt, et humeri caput
recipiunt (ut iam dictum est) multis quoque musculorum ... aptantur.
Harum ossium substantia tenuis, dura et solida est, quibusdam partibus ex-
ceptis ubi crassior apparet, et spongiæ modo rara multisque distincta fora-
minibus, quæ partim ad levitatem conferunt, partim præbent aditum
venulis, a quibus alimentum allicitur, quibus autem partibus tenuis
sit, quibus hebes, quibus solida, et quibus foraminum plena, perspicuum
erit ubi eorum figuram ~~et fabricam~~ enarraverimus. Figura igitur pro-
positorum ossium adeo varia est, ut dorsum, costas, spinam, processus, sinus,
cervicem, foramina, et in universum quæ in singulis ossibus attendantur
fere omnia præseferant. sunt autem a posteriori parte gibba, ita ut a si-
militudine dorsi nomen invenerint, a priori cava, partim ut aptentur
costis convexis, partim ut musculum excipiant qui in anteriorem partem
brachium circumducat. Tota autem referunt speciem trianguli laterum
inæqualium, cuius internum latus ad spinæ vertebras spectans, voca-
tur basis, quod sit quasi fundamentum, cui reliqua duo latera innituntur,
quorum unum ab exteriori parte, alterum a superiori positum est; hoc sup-
periorem, illud inferiorem costam appellant, cum costæ imaginem quodam-
modo imitentur. superior costa tanto brevior est inferiori, quanto hæc basi.
Incipit basis a superiori parte, et deorsum fertur non recta linea, sed figura
lunata

2 t vi fi iiii inter T et z

3 t vi fi iiii inter T. et S. P. P.

4 t vi fi iiii inter B et z.

sinuata, ab intro q̄ fine appendicem habet, et crassescit; sed multo magis ab inferiori, ubi in obtusum angulum terminatur: extrema q̄ tota cartilaginosa est, perinde ac reliqua ossa, quæ cum altero osse non committuntur: ad obtusum angulum, ad quem terminari basim diximus, terminatur quoq; inferior costa, seu externum latus trianguli; inde autem uersus exteriora procedens, ad superiora fertur, ubi crassior redditur, et scapulæ firmitatem affert. Hmus crassitudinis beneficio prior pars scapulæ magis caua redditur, ubi ãt ad imum angulum sinuatur: musculus inscritur, brachium à thorace abducens; uersus ceruicem ẽt sinus insculpitur, longus, inæqualis, asper, unde nascũt musculus cubitũ extẽdẽs: ibi etiam scapula latescit, et cernix excedit cum capitulo sinuato, in quo recipit summus humerus; ad hanc cerucem terminatur etiam quasi ad angulum communem inferior, et superior costa: superior tenuis est, sed hebes fit, uersus cerucem dictam, ubi processus oritur ἀκυϱοειδὴς, quem exponemus, ubi de ceruce egerimus. Appellari cerucem diximus cum de ossibus in uniuersũ ageremus ossis processum, cui amplius tuberculum, seu caput supereminet. Ergo in angulo, ubi superior, et inferior costa terminatur; uersus exteriorẽ partem processus assurgit, quod uertice ipso latescens sinuatur; atq; hic processus cernix nominatur: Residet hæc, ut præbeat additum chordæ musculi brachiũ in anteriorem, et interiorem partem mouentis: assurgit etiam superne propter instrumenta duorũ ligamentorũ humeri caput cum sinu constringentium, tum externi capitis musculi anteriores flectentis cubitum; in cernicis uertice sinus in exteriorem partem uergit, et oblongus est; sed infernè circuli partem refert; superne acutus est; ita ut eius longitudo à superiori parte in inferiorem maior sit, q̄ latitudo à priori in posteriorem. At non respondet huic sinus capiti humeri, quod in ipsum inseritur, sicuti fere in alijs articulis sinus respondere capitibus uidemus. Usu tamen uenit quibusdam, ut sinus minus desideant, q̄ut caput insinuandi ossis complectantur; in quod natura mouitur, ut laxior articulus ad multiplicem motum accommodetur. Quamobrem superioris tibiæ

ubiq́ sinus inferiora capitula fremoris excipientes minus desident, q́ ut ea com-
plectantur. Idem cucumisse cernimus sinui cervicis scapulæ, ut brachium, pos-
set uarios motus aere; natura tamen, ut eiusmodi sinus desidentes redderet a sti-
ores, præter cartilaginem, quibus obducuntur; aliam in ambitu adiunxit, quę
crassior incipiens paulatim extenuatur uersus centrum, ad quod non perue-
nit. Hæc non innascitur sinui, sed inhæret, et laxè ligamentis astringitur. Præ-
ter cervicem, ac sinum, posterior, ac superior scapulæ pars duos processus exi-
git, qui in exteriora feruntur supra sinum cervicis; unus in priorem partẽ
magis uergit, alter in posteriorem, qui in priorem à latiori radice incipiens,
paulatim tenuior fit, et latescens in priorem, ac posteriorem partem progre-
ditur, extremusq́ supra sinum cervicis reuertitur; ita ut anchoræ processui
imittitur, unde ἀγκυροειδὴς nominatur. Eiusmodi processus supernè asper-
itatem præfert; in sublimiori autem parte hebes efficitur, ubi innititur iu-
gulum ualidis ligamentis arctatum; asper etiam ad extremum est, et
appendicem habet, cui musculi illigantur, qui cubitum flectunt. Inde quoq́
oritur ligamentum proprium humeri articulum continens. Processus alter,
quem magis uergere ad posteriora diximus, à superiori parte basis incipit, et
oblongus in exteriora fertur, post medium itineris recedit à dorso scapulæ, ꝺ
solutus, tendit in exteriora supra sinum cervicis; extremus appendicem hæt,
quæ tenera ætate ex pluribus per cartilaginem commissis compacta uidetur:
leniter autem desidentem sinum habet, ubi interiecta cartilaginẽ iugulũ
inseritur. Superficies huius processus uniuersa lęuis est, præterq́ ab utroq́ ex-
tremo, ubi aspera est, ut musculi firmius insidant; nã ibi inseritur maximus
musculus scapulam sursum adducens; inde et oritur musculus præcipuus bra-
chium mouens, græc ἐπωμὶς nuncupatus, quod tegat commissuram humeri cũ
scapula. Pars huius processus, quæ à basi ad exteriora pertinet, quòd uertebraꝝ
spinam repræsentet, spinæ nomen obtinuit. Iuxta spinã tam à superiori q́
ab inferiori parte in scapulæ dorso sinus insignis apparet; superiorẽ occupat

tertius

i2. t. vi. fi. iiii E. f. F.

i3. t. vi fi. iiii. f.

i4. t. vi fi. iiii. F.

i5. t. vi fi. iii. E.

i6. t. vi fi. iii. inter H. K.

i7. t. vi fi. iii. K.

i8. t. vi. fi. iiii. L.

i9. t. vi. fi. iiii. K.

20. t. vi. fi. iiii. b. c

2i. t. vi. fi. iiii. V.

tertius musculus brachium circumducens. Inferiorem secundus musculus brachium circumuertens. In superiori sinu foramen apparet peruium, in partem priorem scapulæ, per quod transit ramulus ex quinto pari neruorũ medullã, una cum uena, et arteria à priori ad posteriorem scapulæ sedem. idẽ processus, ut supra dorsum scapulæ spina, ita ubi cum iugulo committitur ἀκρώμιον uocat, neq; reperitur ibi teretium os præter scapulam, et iugulũ, ut alicubi uidetur uoluisse Galenus; sed tm̃ cartilago intercedit. Propriè at̃ propositus processus iuncturam humeri cum scapula defendit, nec humerum patitur in superiora luxari; diducitq; per commissurã cum iugulo brachium à thorace; ut multiplicem motum præstet. confert tandem et ad nexum musculorũ. Ex his quæ ante dicta sunt, magna ex parte colligi scapulæ situs. Coniungitur enim per sinum in capitulo cervicis, cũ supiori capite humeri; per utrumq; superiorem processum cum iugulo; à priori parte, quæ sima est, posteriori parti costarũ innititur; nam pertinet ferè à prima usq; ad septimam. Hæc de scapula, pergamus ad humerum, et brachium.

De ossibus brachij C. VIII.

Brachium id totum membrum nominamus, quod à scapula ad summos digitos pertinet, quodq; in tres partes diuiditur, in humerum, cubitũ, manũ. Humerus à scapula ad cubitum peruenit; cubitus ab humero ad manum; manus extrema brachij pars est, quæ digitos continet. Harũ igitur trium partium ossa nunc

1. t. vi. fi. vi

exponere aggredimur, incipientes ab humero, qui unico osse continetur, quod latine nomine totius partis similiter humerus, græcè βραχίων nominat. committit hoc superne cum lato scapulæ osse: inferne ad cubiti iuncturã cum osse cubiti, et radij; ita ut constituat primam brachij partem: et ideireo eius utilitas euidentior sit, quã ut debeat explicari. constat aũt ex substantia dura, quæ sinum in longitudinem habet, ubi medulla continetur: superiori parti adiunctam habet

2. t. i. ii. iii. x. t. vi. fi. vi. A B C.

appendicem, ubi substantia laxior est. quod attinet ad formam, humerus, tam à summo, quã ab imo in caput assurgit; id aũt inter duo capita tres apparet, præsertim à priori parte: nam à posteriori depressum est, et latius; quòd et ab anteriori sede utrinq; desidat, medium promineat; assurgunt item latera media per musculos qui ibi nectuntur; à posteriori uero parte iuxta medium longitudinis tantisper desidet, dum quarto neruo ex his qui ad manũ tendũt sedem præbeat. Fere aũt ab anteriori parte gibbum, à posteriori simũ deprehenditur: quòd uarijs particulis et promineat, et desidat, tam ab hac, quã ab illa; similiter tam ab interna, quã ab externa. Eiusmodi figura ad partes quæ ibi necti debent, maxime accommodatur; non secusq; asperitas, qua in eo deprehendes. À summo appendix adiungitur, duobus capitibus distincta; uno ab interna parte, altero ab externa: quod ab interna fere dimidiatum orbem refert,

3. t. i. ii. iii. x. t. vi. fi. vi. A. B. C.

4. t. vi. fi. vi. c.

cartilagineq; obductum in sinu ceruicis scapulæ recipit; atq; ita magnũ est, ut plusq; dimidiam partem appendicis occupet: quod ab externa, inæqle est, et in nullum cauum inseritur, sed inæqliter prominens ligamenta excipit, summum humerum cum scapula illigantia. separatur internum caput ab externo per sinum inter utrunq; à priori, posteriori, et superiori parte insculptum; qui sinus magis desidet in anteriori, quã in posteriori sede,

5. t. vi. fi. vi. f.

6.

ubi com-

ubi commode ligamenta nectuntur. Extremum caput inaequale est, et asperum;
6. t. vi. fi. vi. H I. sicuti solent esse ossa, quibus ligamenta inhaeserint; sinumque habet in longi-
tudinem, quo prior pars a posteriori dividitur; quae quidem magis vergit ad priora quam
7. t. vi. fi. vi. D E. ad posteriora, sicque in duo corpora separatum videtur: unum grandius a
8. t. vi. fi. vi. D. posteriori parte, alterum exilius a priori: excipit hic sinus teres caput exter-
num anterioris musculi cubitum flectentis, neque solum occupat appendicem,
sed os etiam cui adiuncta est appendix, ubi cervix brevis admodum, et
9. t. vi. lib. II. θ M. crassa terminatur. Internum humeri caput longe magis rotundum est, quam summam
processuum, ac sinuum figura; in eo enim assurgit tuberculum, trochleam
repraesentans: idem praeter orbicularem formam mediam utrinque a late-
ribus planam, quam habet, est etiam ipsa pars orbicularis media sinu-
ata perinde ac trochlea, ubi funem excipit, utrinque prominens, non tam
10. t. vi. fig. vi. K L. aequaliter, ut trochlea; longe enim magis prominet ab interno latere,
11. t. vi. fi. vi. M. quam ab externo, ubi aliud capitulum assurgit, quod cum radio committitur.
Idem tuberculum eatenus ab ea differt, quatenus non habet sinum pervium,
12. t. vi. fi. vi. N O. cum et a priori, et a posteriori parte duo cava se ostendant, septo tenui ossis
13. t. vi. fi. vi. O. distincta, in cavum a priori parte prior cubiti processus, cum brachium
14. t. vi. fi. vi. N. flectitur, in alterum, quod a posteriori parte situm est longe maius, poste-
rior cubiti processus recipitur, cum brachium extenditur; ita autem concinne
insculpta sunt, ut possit brachium ad acutissimum angulum flecti, non
tamen extendi ultra rectam lineam. Quamobrem appellat Hippocrates
hos sinus βαθμίδας, quasi bases, et fundamenta non permittentia brachi-
um ulterius moveri, quam opportunum sit. Commissura haec cubiti cum humero,
15. t. vi. fi. vi. P. quod cardinis quodammodo imaginem repraesentet, γιγγλυμοειδὴς ab Hip-
pocrate vocatur. Caput vero, quod ab externo trochleae latere situm cum radio co-
mitti diximus, cartilagine obductum est, et ad motum brachii pronum, et
supinum aptatur. Ad externum rursus latus huius capitis, quod cum radio
16. t. vi. fi. vi. Q. committitur, tuberculum quoddam apparet, ubi plures musculi inserunt.

17. t. vi. fi. vi. y. radioque subiectum, et manum mouenti, simanter et sinus humerus ab externo latere trochleae ex parte posteriori, unde quartus neruus brachij transit. ab ex=
18. t. vi. fi. vi. s. terno latere trochleae aliud tuberculum assurgit non maximum, a quo oritur ... latet ille musculus, qui ad manum pertinet, ubi etiam duo musculi ... qui prima in palmae partem flectunt. ab interno de huius tu= berculo nascitur ... musculi superioris in digitorum ... mouentis; cuius etiam huic portio pendet principium ... digitos flectentium. ... interni tuberculum ... praestat duobus neruis ad cubitum tendentibus, in
19. t. vi. fi. vi. T. anteriori eminentiae iuxta trochleam sinus est, unde transit tertius brachij
20. t. v. fi. vi. v. neruus; in posteriori, ubi[20] quinto brachij neruo ... Foramina nulla insi= gnia sunt in humero, sed parua quaedam ... et sinus propter li= gamenta partim in longitudine ipsius, propter uenas quae penetrant ad internum sinum, ubi medulla continetur. Existimant Galenus humerum, omnium os= sium (excepto foemore) maximum esse, sed tibia grandior est, siue longitudinem, siue crassitudinem spectes. De situ, et nexu humeri nihil attinet subijcere, cum satis ex his quae enarrata sunt constet ipsum a superiori parte cum scapula, ab inferiori cum cubito, et radio committi.

Pergamus igitur ad alteram brachij partem quam ab humero ad manum perti=
21. t. i. ii. iii. x. y. t. vi. fi. vii. nere diximus: appellatur haec a Cornelio Celso brachium nomine totius membri, ab alijs cubitus nomine alterius ossis: constat enim ex duobus[21] quorum superius graece κερκίς latine radius dicitur, inferius πῆχυς, latine cubitus; sed tam graeci, quam latini totam hanc partem nomine inferioris ossis, hi cubitum, illi πῆχυν no= minarunt. Praeter communem usum utriusque ossis, quo fulciunt ac sustinent, proprie pertinet ad cubitum flexus, et porrectio; ad radium inclinatio in pronum, et resupinatio. Substantia utriusque solida est, ac dura, praeterquam ubi appendices habent adiunctas; ibi enim laxa est, et spongiae modo rara. Utrumque in longitudinem quasi fistulam habet, ubi medullam continet. Figura utriusque quodam modo

similis est, et utrumq; teres; alicubi tamen desidet, alicubi assurgit ad musculos excipiendos; ab imo; et à summo capitulatum. Longitudo utriusq; ab humero ad primam palmæ partem progreditur; cum qua nectitur sicuti cum humero; nectuntur et inter se ab extremis; nam in medio dehiscunt: hæc quis communia sunt, plura tamen restant propria, quæ seorsum exponere oportet. Cubitus itaq; à superiori parte appendiculum habet, non secus q; imus humerus, cum quo coniungitur; sed caput exigit crassum, solidum; à posteriori parte (quam ὠλένην, et ἀγκῶνα græci uocarunt) gibbum; à priori cauum; ita ut sinum in longitudinem repræsentet cum duplici processu; uno ab inferiori parte, altero à superiori: qui ab inferiori, longe minor est, et in priora uergit amplius, obtusus, durus, ac solidus; qui à superiori maior est, et in posteriora uergit; ibiq; in angulum magis obtusum terminatur: prior processus in sinum imi humeri à priori parte, posterior, in sinum eiusdem à posteriori insculptum conijcitur; sinus, qui inter utrumq; cubiti processum continetur, repræsentat imaginem semiciculi, et latinæ lrae. C. græcæ C. unde σιγμοειδὴς appellatur. Excipit autem imi humeri capitulum trochleam repræsentans, cui ad unguem respondet, medius in longitudinem assurgens, utrinq; à lateribus desidet; nam trochlea ex contrario à lateribus assurgit, media desidet: præterea ut hæc interno latere magis assurgit, q; externo, ita ille interno latere magis desidet, q; externo: superficies autem totius sinus leuis est, et cartilagine obducta; ita ut ad brachij flexum, et porrectionem maxime accommodetur: ad huius commissuræ stabilitatem, conducit primo forma unius ossis alteri exquisite respondens, deinde ligamentorum ualidus nexus. Cæterum externa superficies tam posterioris, q; prioris processus aspera est, et inæqualis; ac posterioris quidem propter nexum musculorum cubitum extendentium; prioris uero propter nexum ualidi musculi cubitum flectentis, et propter mutui musculorum

21 t vi fi vii D. t iii o.

23 t iii 3. t vi. fi viii. c.

24 t iii o t vi. fi vii D

25 t vi. fi. vii. E.

26 t vi fi vii. L.

flectentium secundos, ac tertios digitorum articulos. Quamuis autem cubitus
hebes sit à superiori parte, subinde tamen extenuatur, cum recta fertur uer
27 t. vi. fi. vii. P sus manum. Imus ceruicem[27] habet, cui appendix adiuncta est parua cū
28 t. vi. fi. vii. Q. capitulo[28] rotundum sinum[29] habente cartilagine[30] obductum: ab huius si-
29 t. vi. fi. vii. V. 30 t. vi. fi. vii. T. 31 t. vi. fi. vii. R. nus inferiori parte processus[31] assurgit paruus, quem græci à stili similitu-
dine στυλοειδῆ nominant. hic reddit sinum magis desidentem, et liga-
menta continet, quibus ea commissura astringitur: ea appendix ab
externa parte sinuata est, ut chordam excipiat musculi, primam
palmæ partem extendentis. At radius non recta, sed oblique ab hume-
ro ad manum procedit, ita ut melius à cubito diducatur, et sedem præ-
beat musculis ea parte collocatis. ubi per ligamentum latum nectitur
cum cubito. Magnitudo capitis, quod in utrumque ab utroque extremo habet, [obtinet]
contrario modo habet; siquidem cubiti caput superius, quod ad brachij
flexum, et porrectionem accommodatur, grandius est ut iam ostendi-
mus; inferius paruum, et exiguum, cum inferior commissura ad mo-
tum pronum, et supinum spectet: qui non cubiti, sed radij beneficio
perficitur. Contra radij superius caput paruum est; neque enim inseruit flexui,
et porrectioni, quam cubitus præstat: inferius magnum, ut motum
pronum, et supinum perficiat. Quod si cubitum cum radio conferas, hūc
ab inferiori parte maiorem, à superiori minorem illo iudicabis. Radius
32 t. vi. fi. vii. M. 33 t. vi. fi. vii. N. igitur à superiori parte ceruicem[32] habet, cui breue, ac rotundum capitulū[33]
innascitur; superiori parte leuiter sinuatum, et cartilagine obductum,
ubi recipitur capitulum quod in imo humero ab externo latere trochleæ
prominet; neque enim à radio recedit, siue brachium flectatur, siue extendatur,
ita enim concinne constructa est eiusmodi commissura, ut non prohibeat cu-
biti flexum, et porrectionem (nam simul cum cubito radius flectitur, atque exten
34 t. vi. fi. vii. q ditur) sed habilis sit ad motum, proni, et supini. Porro sub radij ceruice iam
dicta, tuberculum[34] prominet uersus internam cubiti regionem, ubi inseritur
anterior

anterior musculus cubitum flectens, uerum radius, et hæbes, et latus
fit ab imo, ubi appendicem habet, quæ primam palmæ partẽ totam
excipit: hæc ob motum pronum, et supinum, non cum cubito, sed cum
radio necesse est commutatur; alioquin quiescente cubito, non posset
manus prona reddi, aut resupinari; prohiberet enim si aliqua cũ cubito, aliqua
cum radio coniungeretur: quam obrem cubitus tm̃ processu illo stilũ
referente, quẽ diximus, primæ palmæ partem proxime attingit, aliqua ea =
renus ad sustinendum cõfert, sine impedimẽto motus pronj, ac supinj:
ex tribus enim ossibus primæ palmæ partis, duo in sinu radij media quadã
linea, assurgente diuiso recipiuntur: Tertium coniungitur cum cartilagine
quæ à radio orta imo capitulo cubiti superinsidet. Ab interna parte imo
radius cum sua appendice leuiter desidet, ut commodam sedẽ prębeat,
et chordis digitos flectentibus, et musculo inferiori radium pronũ effi =
cienti. Ab externa autem et quatuor sinus habet, per quos transeunt chordæ,
quæ digitos extendunt; præter quintum, qui tam ad cubitum pertinet,
quã ad radium. Situs, quod attinet ad imum humerum, uel primam
palmæ partem, satis patere potest ex ijs, quæ proposita sunt: sed quod ad
nexum cubiti cum radio, hoc tm̃ dicendum superest, quod radius à supe =
riori parte à cubito excipitur; ab inferiori cubitum excipit; siquidem summus
cubitus ab externo latere prioris processus, transuersum sinum habet car =
tilagine obductum; in quem inseritur internum latus superioris capitis
radij, quod illi ad unguem respondet: radius uero à parte interna imæ
appendicis sinum non dissimilem habet; in quo recipitur superior pars
appendicis cubiti prominens, et cartilagine obducta.

Superest manus, quam tertiam brachij partem posuimus: huius ossa tripar =
tito distinguuntur, cum uel ad primam palmæ partem, uel ad palmã ipsã,
uel ad digitos referatur: agemus ante de illis, quæ ad primam palmæ partem
uocatur hæc γὰρ καρπὸς, componiturq; ex ossibus, quorũ substantia extrinsec.

s v. t vii. fi. vii y. δ.

t vi. fi. vii. x. y. z.

x. vi. fi. vii. n.

q vii. fi. vii. y. e ξ. ιc.

t vi. fi. vii. θ.

t vi. fi. viii

solida est, sed intus plena foraminum, quibus medulla continetur; omnia autem simul iuncta figuram componunt ab externa parte gibbam, ab interna cauam, quæ licet singula parua sint; aliqua tamen maiora aliqua minora deprehenduntur. Cõmittuntur uero cum cubito, et radio, et ceteris ossibus palmæ; tenuibusq; ac processibus cartilagine ebductis inter se iunguntur. Quod ad numerum attinet, complura sunt ossa, ex quibus prima palmæ pars constat; nam sic melius iunguntur cum alijs ossibus, cum quibus necesse est connectantur, reddunt locum minus minusq; opportunũ, cui cedãt ijs quæ occurrunt; et tandem efficiunt, ut manus pars illa flecti, atq; extendi possit; magis scilicet, ac minus; et non semper eodem modo: sed quot sint, non facile deprehendas, nisi cartilaginosa ligamenta abraseris, ita ut nonnulli incertum esse eorũ numerum dixerint; sed re uera sunt octo, duplici serie constituta: quatuor superiorem, totidem inferiorẽ occupãt: primum nominatur quod in superiori serie ab interna parte situm est: secundum quod hoc sequitur; deinde tertium, quod magis adhuc ab interna recedit uersus externam: quartum quod ad externam recidet: quatuor alia, quæ ad secundam seriem spectant, eodem ordine numerantur; nã quintum, quod primum est in sua serie, ab interna parte situm est; octauum ab externa; sextum, et septimum in medio inter utrãq;. Figura singulorũ uaria est, tum ratione, quam nexus cum alijs ossibus postulat. Magnitudo etiam dispar, secundum quod tanto maius est primo; quanto primum tertio: quartum omnium minimum est. In inferiori serie septimum maximum est; sextum minimum: quintum, et octauum medio modo habent; sed octauum paulo maius est quinto. Commissura uniuscuiusq; ita habet: coniungitur primum cum secundo, quinto, sexto, septimo, et cum radio: secundum constituitur cum primo, tertio, et septimo; præterea cum radio: tertium cum secundo, quarto, et octauo; cum cubito etiam, et cum radio: quartum iungitur cum externo latere tertij, et ligamentum attingit; ortum à processu

41. t. vi. fi. viii. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

stiloide

Stiloide cubiti, neq; circa quartum reflectitur neruus qui inde transit, sed ibi nectitur chorda inferioris musculi cubitum flectentis, tum musculus, qui digitum minimum à reliquis abducit; et exterior ille qui flectit primum os parui digiti: quintum iungitur cum primo, et sexto, sustinetq; primum os pollicis, et attingit primum os palmæ: sextum coniungitur cũ 4°. quinto, et septimo, pleraq; ex ossibus palmæ, cum illo quod ad indicem; et cum illo, quod ad mediũ digitũ spectat: septimum coniungitur cum primo, 5co. sexto, et octauo; et cum 6sc. palmæ, quod uergit ad medium digitum: octauum committitur cum 3°. et septimo; et cum duobus ossibus palmæ, cum eo uidelicet, quod ad minimũ digitum spectat, et cum eo quod ad illum, quod inter minimũ, et medium situm est; coniungitur et cum paruo osse sesamoide, quod ad externũ latus octaui ossis, ubi committitur cum quarto osse palmæ situ est. 9cd accedam ad ipsam palmam; 42 quæ græce μετακάρπιον uocatur: cõtinetur hæc quatuor ossibus, 43 quibus quatuor digiti sustinentur; nam magnus digitus à nullo eiusmodi osse fulcitur, sed proxime 44 nectitur cum prima palmæ parte, ita ut constet ex tribus ossibus, quæ manifestè moueantur, perindeq; alij digiti. Quibusdam tñ placet primum pollicis os ad palmam referre, quã cõstare nobis ex quinq; ossibus, sicuti magnum digitũ ex duobus dumtaxat: magis tñ galc. subscribimus, qui ob manifestũ motum, ob diuersam commissuram, ac nexum diuersum, os quod cum prima palmæ parte connectum pollicẽ sustinet, non palmæ, sed pollici tribuit. Statuemus igitur palmam quatuor ossibus contineri, quæ tam 45 superne, q; 46 infernè appendicem habent cartilagine obductam; media in longitudinem excauata sunt, fistulæ modo, et medullosa. Figa omnium teres est; latiora tñ sunt ab externa parte, q; ab interna. Quamobrem extrinsecus caua; intus gibba apparent; appendix ab utroq; capite latior est, et crassior; ipsa uero ossa media graciliora euadunt, cum superficie angulis distincta, propter musculos, qui ibi inseruntur. Inuguẽ tamen 47 appendices à summo, et ab imo; sed media ossa debiscũt, spaciũq; inediũ

i. f. t. vi.
ii. viii. i.
vi. fi. viii. i. ii.
iii.
vi. fi. viii. A.
vi. fi. viii. R.
vi. fi. viii. Q.
t. vi. fi. viii. S.

relinquunt digitis, musculis digitos flectentibus. Committuntur appendices superiores cum prima palmæ parte, inferiores cum quattuor ossibus digitorum. Primum os palmæ, quod longissimum est, spectat ad indicem digitum: secundum, quod minus longum est, ad medium. Tertium, quod breuius, ad eum qui inter medium, et minimum situs est. Quartum, quod omnium breuissimum est, ad minimum: sunt tamen omnia longiora
48 t. vi. fi. viii. quam ossa digitorum, ad quæ nunc pergimus. Digitorum igitur[48] ossa quindecim
49. t. vi. fi. viii. A B. C. D. E. F. I. 1. Δ Δ. sunt; unusquisque enim ex tribus[49] constat. et pollex etiam, ut ante ostensum est. Tot enim necessaria sunt ad actionum uarietatem, ac robur: pauciora non sufficerent; plura essent impedimento; dura autem sunt ac densa, in longitudine fistulæ modo sinuata, ubi medullam continent: ab utroque extremo molliora, et foraminum plena; ac medullosa, cartilagineque obducta. Figura ossium non eadem est quæ digitorum; nam digiti teretes sunt, sed ossa media tenuia, extrema hebetiora; nam quod in medio est utriusque extremi in osse, pingui quadam substantia completur. Externa autem parte quodvis digitorum os teres apparet, ac gibbum: interna uero cauum: quamuis tertia ossa ab externa parte eatenus sinuata sint, quatenus unguibus cedunt. uerum primum pollicis non ita planum est, sed ab externa parte gibbum, ab interna acutum, ob musculos, et ligamenta, quæ cum eo inseri debent. Magnitudo ita habet, quia unumquodque si separatim consideretur, ab utroque extremo crassius est, ob firmitatem commissuræ; medium tenue, ne oneri sit; quod si inter se conferantur, prima ossa secundis grandiora sunt, et longiora; secunda tertijs: par enim est, grandius esse quod sustinet, quam quod sustinetur. Quod attinet ad commissuram; primum os pollicis cum secundo, ex prima palmæ parte ita iungitur, ut partim ipsum recipiat, partim ab ipso recipiatur, apteturque tam ad flexum, et porrectionem, quam ad motum in latera: secundum os pollicis in suo sinu accipit primum, ea iuncturæ specie, quæ magis flectit, atque extendit, quam conuertitur in latera; ne ad angulum nimis acutum flectatur,

prohibent

t. vi. fi. viii. T.

prohibent duo ossa σεσαμοειδῆ. Tertium os pollicis committitur cum secundo partim recipiens, partim receptum; in imo n. secundi duo processus sunt cum medio sinu; in summo tertij duo sinus cum medio processu; ità ut sibi mutuò aptentur, & ad flexum, et porrectionem pertineant; nullo autem motu ad motum in latera: Hoc etiam modo committuntur alior. digitor. prima ossa cum secundis; & secunda cum tertijs: sed prima quatuor digitor. cum ossibus palmæ, eadem ratione committuntur, qua secundum os pollicis cum primo. Cæter. primi articuli quatuor digitor. non a/g atq; secundi, & tertij ad acutum angulum flectuntur; neq; enim hoc permittunt ossa.

vi. vi. fi. viii. VV.

σεσαμοειδῆ. sed satis de brachio

De osse coxa, ca put. VIIII. Expositis superioris ossibus, permanendum est, ut ad inferiora transeamus; primum ad coxam (graecè ischion dicitur) quam media foemoris caput in

1 t. i. ii. iii. o recipitur nominatur: sacro à parte interiori quà pubi subest, os pubis, ab

2 t. i. ii. iii. gg exteriori ilia sunt, os ilium. usus eius multiplex est, cum foemoris

3 t. iii. o caput in se recipiat; et siue stemus, siue sedeamus, corpus nostrum uniuersum sustineat, contineatque, ac fulciat intestina, uesicam et in foeminis uuluam. Pertinet et perinde ac scapula ad musculos complures, qui cum ea capatissime nectuntur. substantia eius dura est et

4 t. i. ii. iii. ii. 12. 13 solida, praeterque ubi foramina habet, unde ligamenta exeunt. In superiorem est appendix à superiori parte (ubi ilia esse diximus) à posteriori parte in priorem porrecta. Figura totius coxae perinde ac scapulae uaria est; cum dorsum, spinam, cauum, peruium foramen, et processus, ac sinus uarios praeseferat. Pars illa quae magis in exteriora uergit, quamque ilium os nominari diximus, ferè semicirculi imaginem refert, intrinsecus caua, extrinsecus gibba, praesertim media, quae dorsum

5 t. i. ii. iii. o. dicitur; nam utrinque à lateribus resupinatur: summum os ilium appendicem habet in semicirculi speciem à posteriori parte ad priorem tendentem, quae ob inaequalitatem uocatur spina. Appendix haec tam ab externo, quam ab interno latere depressa est, et aspera propter nexum musculorum. Externa pars, quam dorsum nominant, lineis quibusdam distincta sinuatur uarijs locis, ubi musculi inhaerent. Intrinsecus uero à posteriori parte quà committitur cum osse sacro, inaequalis est, atque aspera multis processibus, ac sinibus distincta: respondent hi sinibus, ac processibus ossis sacri, qui cum ipsis iunguntur. Eadem interna pars uersus priora sinum amplum habet, ad semicirculi speciem, unde nascitur musculus septimus ex ijs qui femur mouent. Idem os ilium à posteriori parte inter cauum, ubi recipitur caput foemoris, et eam

6 t. ii. iii. 15. sedem quà committit cum osse sacro. sinuatum est, et ut aditum praebeat tri

musculis

musculis sexto, et septimo mouentibus fœmur. tum maxime neruo, q̃
foretur ad cetus iuxta hunc sinum foramina sunt complura, unde li-
gamenta oriuntur: et ab utroq; latere tuberculum, à quo et sinus mu-
getur, et retinetur musculis in suo situ: ab externo tuberculo initiũ
sumit musculus nonus tibiam mouens; ab interno, quod acutum est,
munitur cauum illud ubi recipitur fœmoris caput; et ligamentũ
producitur, quod pertinet ad quintum processum ossis sacri: sub hoc
tuberculo sinus est ab inferiori sede, ubi quasi ad trochlearn reflectit
decimus musculus fœmur mouens. sed ab osse ilij iam delapsi sumus ad
cauum coxæ, quod maximum est, si cum ceteris conferatur, quibus alu-
arij partium corporis articuli recipiuntur. situm itaq; hoc cauum est
in parte crassiori inter os ilium, quod ab externa parte rendet, et os pu-
bis, quod ab interna: undiq; ãt labris cingitur; minus tamen à priori
parte, q̃ à posteriori; ut fœmur sedentibus magis flecti ad acutũ angu-
lum possit; non tamen continuata labra sunt; sed desunt ab ima
parte uersus os pubis, unde uena transit, quæ alimentum suppeditet,
et copiam humoris glutinosi huic articulo necessariam. Cingitur tñ
in orbem totum cauum cartilaginoso ligamento continuato, quod nõ
permittit articulum luxari. ad huius ligamenti cartilaginosi procre-
ationem externa supercilia plena sunt foraminum. Interna cauj
superficies leuis est, et cartilagine obducta; præterq; uersus priorem partẽ
ubi sine cartilagine aspera sentitur cum quibusdã foraminibus, unde
oritur ligamentum, quo fœmoris caput illigatur: sub hoc cauo ubi fœmur
recipi diximus, ima coxa crassescit, qua parte sedentes innitimur: ea cras-
situdo et ad robur pertinet, et ad musculorũ exortum. Tertia coxæ pars,
quæ pubis os uocatur, ad priora, et interiora uergit, ubi longiori linea as-
pera superne deorsum tendente committitur cum osse pubis alterius la-
teris, cartilagine interiecta; ibi autem crassescit, nã alibi tenuior est.

quæ crassitudo et ad firmitatem spectat; et ad ortum substantiæ
8.1.1.r. ac musculorum colis; est autem os pubis perunum, amplo foramine
auriculam imitante, posito inter cauum ubi recipitur femur,
et eam regionem quâ ossa pubis inter se iunguntur; supra hoc
foramen insculptus est sinus, per quem transeunt uena et arte-
ria, quæ feruntur ad crura. nam per amplum foramen dictum,
à superiori parte permeat tantum uena, et arteria una cum nerno,
quæ in ramulos deriuantur in femore, neq; perueniunt ad genu.
Spectat hoc foramen ad leuitatem, et ad situm musculorum; clau-
ditur q membrana, qua separatur musculus externus; ibi collo-
catus, ab interno. Est autem os pubis rectum magis in uiris; nam
fœminis in exteriora recurua tur, ne partum prohibeat; à su-
periori parte quâ committuntur ossa pubis, asperitas deprehen-
ditur; quæ ad nexum conducit rectorum musculorum abdomi-
nis: deprehenditur et à priori parte propter secundum musculu
mouentem tibiam; ab anteriori parte supra cauum, ubi recipi-
tur fœmoris caput, linea assurgit tendens ad commissuram
ossium pubis, quæ pertinet ad exortum octaui musculi mouentis
femur: assurgit ibidem à posteriori parte altera linea
acutum angulum repræsentans; quæ similiter tendit ad
commissuram ossium pubis, unde exoritur decimus musculus
mouens femur. Tertia hæc ossa in quæ coxam diuidi dixim.
tenera ætate cartilagine distincta inspiciuntur; deprehen-
duntur què cartilaginosæ lineæ in cauo, ubi recipitur fœmoris
caput; ab eius centro ad labra ductæ: una à superiori parte, alte-
ra à posteriori, quæ propriè coxæ os constituunt: Tertia à centro
ad anteriorem partem ducta, cum superiori quidem ilium os;

cum pos-

45.

cum posteriori os pubis constituit. Hæc de Coxa satis dicta sint,
proxime sequitur crus, ad quod iam pergimus.

De ossibus cruris. CXXXI.

Quemadmodum brachium cum scapula, ita crus cum coxa committitur, quemadmodum item brachium in tres partes separatur, ita et crus, cuius ossa nunc explicanda sunt. Prima cruris pars, graece μηρός, latine femur, et foemen dicta pertinet à coxa ad genu. secunda à genu ad pedem, nocatur autem graece κνήμη. latine tibia; quamq; Celsus hanc secundam partem nomine totius appellat crus. Tertia pars est pes, cui graece nomen est πούς. Constat femur ex unico osse: quod à superiori parte cum coxa, ab inferiori cum genu coniungitur. Praestat autem usum ad cruris actionem necessarium; sustinet enim corpus et cum ambulamus, et cum stamus. praeter sedem, quam pluribus particulis adeamus praebet. Quamobrem solidum est, ac durum; medium tamen in longitudinem fistulae modo sinuatum est; ubi medullam continet, à superiori et inferiori parte appendicem habet, superior appendix uersus interiorem partem cervicem habet, exigit, obliquè sursum spectantem, cui rotundum caput superiectum est magnum, leue, et cartilagine obductum: in medio eius capitis, paulo tamen uersus partem inferiorem foramen est, ubi inserit ligamentum à medio simum coxae ortum, quo nectitur hoc caput cum cauo coxae, in quo recipitur: praeter cervicem, et caput exigit etiam summum femur duos processus, quos graeci τροχαντῆρας uocant, cum appendice in utroq; unum ab externa, et sublimiori parte maximum omnium illorum processuum, qui cum alio osse non committuntur; alterum multo minorem ab interna parte uersus posteriorem, non parum infra processum iam dictum; inaequaliter sinuatus est, ut aptetur musculis, qui uel ab ipso oriri, uel cum ipso iungi debuerunt, inter priorem processum et cervicem. maximus sinus est: at femoris appendix duo capita exigit magna; quae spectant magis in posteriorem partem, quàm in priorem, sic enim fit, ut crus magis ad acutum angulum flectatur, nec ultra rectam lineam extendi possit: coniiciuntur capita haec in sinus summae tibiae.

Tali com-

1 f. i. ii. iii. A.
2 f. i. ii. iii. 17
3 f. i. ii. iii. 18
4 f. i. ii. iii. T.
5 f. i. ii. iii. V.
6 f. i. ii. iii. 7.
7 f. i. ii. iii. 16.

Tali commissura quâ flecti, et extendi crus sinat, non tñ: in latera mouet, ut galenus uoluisse uidetur: præbent et hæc capita tutum iter maximo neruo, et uasis tendentibus ad tibiam; pertinent et ad initia plurium musculorũ pedem mouentium. caput internum à sublimiori parte, ac interiori sinuatum est, ubi chorda inseritur quinti musculi fœmur mouentis; à foraminibus, quæ multa sunt à lateribus horũ capitũ, oriuntur ligamenta; quibus iunctura hæc astringitur; sinus interutrũq; caput à posteriori parte plurimum decidet, cum asperitate, ac foraminibus, ubi tibiæ processus recipitur, atq; aretatur, duplici ualido ligamẽto à tibia profecto; sed à priori parte minus decidet, ubi recipitur processu, quem exigit patella. complures alij sinus, qui circa utrumq; caput insculpti sunt, ad chordas, et musculos excipiendos pertinent. Vniuersum. ãt os à coxa ad genu, non rectà fertur, sed obliquè ucrsus partẽ interiorẽ; à priori uero parte, ac lateribus, teres est, gibbum, et leue, à posteriori cauũ, et inæquale. Assurgit os fœmoris à posteriori parte linea quædam aspa, et inæqli: ubi quintus musculus fœmur mouens ualide nectitur; sed uersus inferiora capita sinuatur; ut tutum transitum præbeat ucnæ gradiori ad crus tendenti, et simul arteriæ, ac neruo. Latescit etiam, et exasperatur infrenè, ut magna illa capita exigat. Totum ãt, si cum ossibus totius corporis conferatur, longe maximum censebitur:

Ad genu, quà fœmur cum tibia committitur, à priori parte collocatũ os est, quod latine patella, græce ὠμοπλάτη nominatur: defendit hoc genu, neq; extẽdi ipsũ patit ultra rectam lineam; prohibetq; quòminus imi fœmoris capita cum crus flectitur, à tibia recedant. Id uel ex eo colligit, quod quibus patella luxatæ, aut frangitur, labi in anteriorem partem fœmur solet, cum uel crus flectunt, uel in decliuia loca descendunt. Substãtia eius dura est ætate prouecta, quis cartilaginosam à nonnullis appellatur; qui partim cartilagine, partim chordis quibus obducitur moti, ipsã mollẽ existimant.

Figura ferè rotunda est, et scuto non absimilis. A posteriori parte media assurgit, utrinq; desidet: ut aptè respondeat duobus capitibus in imo fœmore, et sinui medio intra ipsa. quamobrem exterior sinus patellæ amplior est q̃ interior; sicut extremum caput fœmoris grandius. q̃ intrinsecus. Superficies anterior aspera est, foraminum plena, propter chordas cum quibus nectitur. sed posterior lenis, et cartilagine obducta, quà cum imo fœmore iungitur, nam quà descendit, et acutum processum exigit, iungitur q̃ tibia: aspera est, inæqualis, et foraminum plena, propter chordas tibiam trahentes. Quæ autem coniungatur cum fœmore, et tibia, nullibi tamen arctatur, aut ligamentis astringitur, ut alia ossa solent: sed tantum nectitur chordis, quæ ultra genua feruntur.

Secunda pars cruris, quam tibiam nominari diximus, perinde ac secunda pars cruris brachij duplex ossa continetur, unum ἰσχίον graecè, latinè tibia, alterum περόνη. latinè sura nuncupatur: agemus de utroq; seorsum. sumpto initio à tibia. Committitur hæc cum fœmore ad genu, ut antè ostendimus, et usq; ad pedem fertur, ubi cum thalo coniungit. ossa quoq; patq; partem interiorem, sicuti sura exteriorem. sustinet at fœmur; quamobrem dura est, et solida; licet in medio fistulam habeat, ubi medulla continetur: superiori, et inferiori ipsius extremo adiuncta est appendix, quæ superiori, magna est, et crassa, ab anteriori tamen parte crassior est, et descendit inferius. q̃ à posteriori: superficies anterior, tam appendicis, q̃ ossis aspera est, quod cum ea committitur: aspera est, et inæqualis, ut ualidissimè chordæ tibiam mouentes aptè ibi nectantur. Summa pars huius appendicis utrinq; à lateribus sinum habet amplum, cartilagine obductum, cum medio processu inter utrunq; aspero, et inæquali. In hos sinus coniiciuntur duo capita imi fœmoris: processus qui inter utrunq; sinu est, recipitur in cauo illo ampliori, quod inter utrunq; caput imi fœmoris à posteriori parte deprehenditur: nascitur ab hoc processu ligamentum

præsertim

ϑ t. i. ii. iii. φ. t. vi. fi. ix. φ

χ. t. i. ii. iii. ψ. t. vi. fi. ix. ψ.

xi. t. i. ii. iii. 18. t. vi. fi. ix. A B.

i2. t. vi. fi. ix. E G.

i3. t. vi. fi. ix. I K

præsertim à posteriori eius parte, per quod fœmur astringitur: augetur utrinq; sinus cartilagine molli, ac ueluti pingui humore illita, crassior enim est in ambitu, minus crassa uersus centrum, ubi finitur: separatur una ab altera medio processu, neutra aũt ibi coalescit, sed tantum ligamentis nectitur: ab externo latere appendicis superioris uersus partẽ
li. vi. fi. ix. V.
posteriorem [14] processus assurgit ima parte depressus, cum quo sura com=
li. vi. fi. ix. D D r t i u.
mittitur. [15] Appendix, quæ inferiori tibiæ adiuncta est, sinum [16] amplũ hẽt
li. vi. fi. ix. S
geminum, nam linea media à posteriori parte in priorem leniter assurgens. sinum duplicem efficit à lateribus: altiorem, eum sinum qui ab
li. vi. fi. ix. φ
interna parte est, auget processus [17] quem ima appendix ualidum exigit deorsum tendentem. ab externo latere, quò ad sinum spectat cauũ, leuem, et cartilagine obductum; ab interno gibbum, quò uergit ad alterum cruris; depræhenditur autem tactu, cum non tegatur carne, cõstituit enim internum malleolum; hoc est tuberculum, quod in fine ~~pedis~~ cruris, hoc est ad initium pedis tangitur: À posteriori parte huius processus sinus est, unde oritur ligamentum cartilagineum, quo thalus arctatur, ad id ligamentum producendum confert ẽt asperitas, et inæqualitas à posteriori parte appendicis; cuius externũ latus non exigit processum interno malleolo respondentem; sed ibi inferior suræ appendix cõmittitur, quæ crassescens descendit inferius q̃ internus malleolus; et prominens externum malleolum constituit: ab utroq; uero compræhenditur, atq; astringitur thalus. ~~Inter~~ inter utramq; appendicem. Tibiæ os triangulã figuram repræsentat: a priori n. parte quæ ἀντικνήμιον græce nominatur; linea acuta ualde prominet, unde spina nominatur: utrinq; ẽt à lateribus una linea assurgit; magis autem acuta est ea quæ ab externo latere, q̃ quæ ab interno: huius trianguli latera omnia structa sũt apposite ad excipiendos musculos pedem mouentes. Est aũt tibiæ os crassũ, nõ tenue, ut os suræ, cum quo ab extremis coniungitur; nã in medio dehiscunt.

18 t I II III 9 t VI fi IX C

Additum autem fuit à natura sura' os ad fulciendam tibiam, ne ceneri cedat: habet et sura tam à superiori, q̃ ab inferiori parte appendicem. Superior appendix ab interno latere sinuat, ut processum externum excipiat, quã exigit superior tibiæ appendix. Vtrq; aũt tam sinus, q̃ processus cartilaginẽ obducitur. Inferior appendix suræ in canum ab externo latere imæ appendicis tibiæ insinuatur; ibiq; assurgens, atq; inferius descendens externum malleolum constituit, qui unà cum interno thalum complectitur. Sed tam sinus in appendice tibiæ, q̃ processus in appendice suræ asper est, et cartilaginis expers: Inter utrumq; ligamẽti intricedit, quo ualide astringuntur: media sura gracilis est, et idcirco à tibia diducitur: tũm enim cum ea coniungitur uersus extrema. In medio, ab interno latere uersus tibiam aliquid curuatur; uersus exteriora sima reddit. Est et sura in longitudinem triangula, in cuius trianguli lateribus aptè collocantur musculi pedem mouentes. Latus, quod ad tibiæ os uergit, ualide ligamento cum ea arctatur. Æquat suræ os longitudinẽ ossis tibiæ: tanto enim minus ascendit, quanto magis descendit. Sed satis de tibia, et sura, pergemus ad pedem.

19 t I II III X t VI fi IX E
20 t VI fi IX P

21 t VI fi IX tt

22 t VI fi X

Restat tertia pars cruris, pes uidelicet, quæ (ut inquit Hippocrates) huc secusq; manus ex multis, minutisq; ossibus constat. Manum diduximus in tres partes, in primam palmæ partem, in palmã ipsã, et digitos, Respondent in pede primæ palmæ parti thalus, palmæ planta, digitis digitis sunt in pede præter tarsum, plantã, et digitos, thalus, calx, et σκαφοειδές, grandiora ossa: quibus nulla pars manus respondet. Hæc ergo primum persequemur, deinde ad tarsum pergemus; inde ad plantã, et digitos. Thalus igitur, (ut ab hoc incipiamus) est illud os, cum quo monstrauimus committi tibiam, et suram: huius beneficio curuatur, atq; extenditur pes, et non nihil etiam in latera conuertitur. Est aũt thalus durũ, ac multiforme, uarijs n. partibus uariam formam repræsentat: Id quod

23 t I II III Ω t VI fi X T

facile

facile patefiet si superiorem, inferiorem, priorem, posteriorem, et quæ utrinq; 48
à latribus sunt, ipsius partes perpendamus. superior thali pars quatuor
habet latera, unde Τέτρωγον græce, quasi qua de latera uocatur, cuius
superficies summa minime plana est, sed quodammodo rotunda, ita
ut quartam trochleæ partem referat. non solum quatenus rotunda est,
sed quatenus etiam media à priori parte in posteriorem desidet, perinde
ac trochlea, quà funem excipit, ac rursus ueluti trochlea plano ligno
utrinq; comprähenditur, ita superior pars thali utrinq; astringitur, in-
terno quidem latere à processu appendicis tibiæ; externo ab appendice su-
præ. Respondet pars superior thali quam descripsimus, imæ appendici
tibiæ: quæ utrinq; desidet, media assurgit, contra superior pars thali
utrinq; assurgit, media desidet, ita apte, ut sinus unius excipiant pro-
cessus alterius, et ex contrario. Internum latus thali sinuatum est, ut
ligamento cartilaginco cedat; quod cum thalo uincit tibiæ appendi-
cis processum sinuatum, à quo oritur. Externum etiam latus sinuatũ
est, ut ligamentum admittat, quod imam suram, à qua oritur, cum
thalo arctet. Posterior thali pars aspera est; tum propter ligamenta quæ
ibi nectuntur; tum propter chordas, quæ inde transeunt ad digitos flec-
tendos. Prior oblongam exigit ceruicem, quæ in anteriora tendens ter-
minatur in capitulum[24] rotundum, quod cartilagine obductũ in cauũ[25]
inseritur insigne insculptum in osse scaphoide, et cartilag[e] obductum,
per quam commißuram pes in latera mouetur, ac circumducitur. Sex-
ta, et ultima pars thali ima est, per quam cum osse calcis commissitur
duplici commissura, una uersus anteriora;[26] altera uersus posteriora,[27] à
posteriori enim parte calx amplum processum exigit, quod in amplo
thali sinu recipitur. contra à priori thalus assurgit, uersus internum
latus, in processum, qui in calcis cauum insinuatur. sed tam calx, q[ã]
thalus ubi se contingunt, asperam superficiem præseferunt, unde lig.[ta]

24 t. vi. fi. x. N.
25 t vi. fi. x. m
rr O. & N.
26 t vi. fi. x. A.
27 t vi fi x. o

cartilaginosa eruntur, quæ utrunq; os simul astringant, et spacium inter utrúq; os intrectum implent, neq; mouetur thalus ab inferiori parte, quà cum
28 t vi fi x a. t ii. iii. a. calce iungitur, sed tantum à superiori, quia cum tibia. Calx autem[28] quæ græce πτερνη uocatur, ut thalum sustinet, ita etiam uniuersi corpus quod per tibiam et suram superimsidet thalo quamobrem calcis os durum admodum est, et maximum inter ossa pedis. Figuram uero multiformem habet. non secus ac thalus. superior eius pars qua committitur cum thalo sinum, et processum habet, q̃lem enarrauimus. Sed quà soluta est a thalo, uersus posteriora teres est, et aspa, recipit ligamenta à tibia thalum arctantia. Posterior pars calcis prominet in posteriora: non amplius è regione tibiæ; partim ut tibiam fulciat, partim ut admittat ualidissimam chordam, quo nomine sinuata est; nascitur chorda hæc
29 t vi fi x x. à primo, secundo, et quarto musculo pedem mouente. Imâ[29] pars calcis qua ingredimur, non est exquisite teres; sed aliquantulum latescit, ad stabilitatem: est
30 t vi fi x y. autem aspera, et inæqualis[30], propter musculos qui inde transeunt ad digitos; ita tamen siti sunt illi musculi, ut terram non attingant; sed ab osse inferi-
31 t vi fi x A 4. us descendente defendantur. Anterior pars calcis leuiter[31] prominet, et cartilag.ᵉ obducta recipitur è regione minimi digiti in sinu ossis κυβοειδοῦς, de quopa-
32 t vi fi x d è. ulo post agemus. Latus calcis interius[32] abunde[33] sinuatum est; ut tutú tran-
33 t vi fi x e. situm præbeat. non modo chordis, sed neruo quoq; uenæ et arteriæ inde trans-
34 t vi fi x f g. euntibus. At[34] externum asperum, et inæquale est, neq; sinuatur nisi uersus
35 t vi fi x g. anteriorem[35] partem, ut cedat chordis musculi septimi, et octaui pedem mo-
36 t vi fi x θ uentis: humiliori eius parte innititur musculus, qui paruum digitú à cæteris modice abducit. Ex grandioribus ossibus pedis supereſt[36] tertiũ, quod græcè
37 t vi fi x. inter θ & ν. σκαφοειδὲς nominatur, ab imagine scaphæ, quam posteriori sui parte repræ-
38 t vi fi x. 1. 2. 3. sentat. amplo[37] sinu, ubi caput, quod in priore parte thali prominet, recipi mó-
strauimus: anterior pars huius ossis, cum tribus[38] ossibus tarsi committitur; quamobrem tres ostendit superficies cartilagᵉ obductas: adeò at leuiter prominent, ut non facile discernas. recipiantur ne ab ossibus tarsi, an ea recipiãt.

Inter has

Inter has, quæ ad internum latus sita est, reliquas duas amplitudine uincit, perinde atq; os tarsi, quod cum ea committitur, magnitudine superat duo alia, quæ cum reliquis duabus committuntur: superior pars ossis scaphoidis gibba est, et orbicularis; quæ figura et pedi constituendo aptat, et innixûs ei minime opportuna. Inferior uero sima; ut pedis cauum augeat: utraq; at, tam inferior; q superior aspera est, magis tamen inferior, ob ligamenta quæ ibi nectuntur ualidissima. Habet et inferior pars ab interno latere sinû, ubi reuoluitur chorda sexti musculi pedem mouentis. Tarsus, quem respondere diximus primæ palmæ parti, non constat ex octo ossibus, sed ex quatuor: sunt autem pauciora, et maiora hæc ossa ad stabilitatem, et ingressum; pauciora, et minora, quæ in prima palmæ parte, quod ita postulauerit prehendendi munus, ad quod natura fabricata est manum: Ex quatuor ossibus tarsi, tria plana superficie cum osse scaphoide committûr, et hæc proprium nomen nomen non habent; quartum, quod ab externa parte est, committitur cum calce; inuenit at κυβοειδὲς nomen apud graecos, à similitudine cubi, quòd sex ostendat superficies: quarû posterior cum calce committitur; anterior, cum duobus ossibus plantæ; interior cum tarsi osse proximo; exterior, quæ obscure plana est, cum nullo iungitur, sed soluta est; superior, quæ sursum spectat, similiter soluta est, sicut inferior, quæ deorsum. Verum hæc inæqualis est, et simuata; ibi reuoluitur chorda septimi musculi pedem mouentis: eadem iuxta calcem deorsum procedit, et in ingressu terræ innititur. Reliqua tria ossa tarsi terram non attingunt, sed una cum scaphoide cauum pedis constituunt; sunt at cuneiformia, à superiori parte lata, ab inferiori angusta. Plurimum differunt inter se ossa tarsi magnitudine; maximum est κυβοειδές; deinq; ab interno latere situm est, tum quod κυβοειδεῖ proximum: nam minimum est, quod proximum interno. Spectat intimum os tarsi in anteriora uersus magnum digitum; sicut os κυβοειδὲς in posteriora uersus

39 f. vi. fi. x 1. 2. 3. 4.

39

8

40 f. vi. fi. x ic.

40

41 f. vi. fi. x. i. 2. 3.

41

calcem Ex medys: quod interno proximum est, breue est: neq; in anteriora
fertur; sicuti quod κυβοειδει proximum: oia aũt simul iuncta superficiẽ
superiorem gibbam efficiunt; inferiorem cauam; qua inter se iunguntur, sine
cartilagine sunt, sed nectuntur ligamentis cartilaginosis: ibi tantũ
cartilaginea obducta sunt, ubi cum scaphoide committuntur. Tarsum
42 · t · vi · fi · x · i . ii . iii . iiii . v · sequitur planta, quæ græce πλατυβιον dicitur, et palmæ manus respondet,
quamuis non quatuor, sed quinq; ossibus contineatur: siquidem magni
digitus pedis constat ex duobus ossibus, cum illud os quod ad magnum
digitum spectat, ad plantam referatur; perindeq; alia quatuor, q̃
cum tarsi ossibus committuntur: exigunt singula ossa plantæ capitula
leuiter prominentia, quæ in sinus ossium tarsi parum desidentes inse-
runtur; ita ut plana fere superficie nectu inter se uideantur; ad os plãe
43 · t · vi · fi · x · ϖ · quod è regione magni digiti situm est, iungitur cum interno osse tarsi:
in fronte aũt processum exigit. ubi inseritur septimus musculus pedem
mouens; quod è regione tertij cum tertio; sed quod è regione quarti et
quinti, cum esse κυβοειδει: caput os quod ad minimu digitum spectat,
44 · t · vi · fi · x · φ · ibi in externo latere insignem processum exigit, cum quo nectitur chorda
octaui musculi pedem mouentis. ut aũt tarsi, ita plantæ ossium alia magis
alia minus in anteriora feruntur; nec æqualiter omnia antrorsũ proce-
dunt; eia ossa sunt omnia prope tarsum; sicq; inter se iunguntur; ubi aũt
45 · t · vi · fi · x · vv · a tarso recedunt, graciliora fiunt, et idcirco inter se dehiscunt, ita ut spa-
cium medium relinquant, ubi recipiuntur musculi flectentes primos di-
gitorũ articulos, quibus ut aptiorem sedem præbeant, latiora sunt ãpte
superiori, angustiora ab inferiori. Vbi uero cum digitorũ ossibus com-
46 · t · vi · fi · x · ξξ · mittuntur, appendicem habent capitulatam, quæ inseritur in caui
47 · t · vi · fi · x · ΛΞ · primi ossis digiti, ad quem spectat. Digiti supersunt, qui in pede perinde
48 · t · vi · fi · x · s · T · v · atq; in manu, terni ossibus continentur; tantum magnus digitus pedis ex
49 · t · vi · fi · x · φ · x · duobus componitur; sic in pes firmus haeret, quæ pertinet cham ad os
50 · t · vi · fi · x · ψ · ω · σεσαμοειδῆ.

σεσαμοειδῆ iuxta primum digiti articulum sita, neq enim solum pro-
hibent nimium flexum, ut in manu. Forma, & commissura eodem mo-
do habet, atq in ossibus digitorū manus: sed satis de ossibus pedis, quæ
sunt thalus, calx, scaphoides, quatuor in tarso, quinq in planta, qua-
tuordecim in digitis, ita ut in uniuersum uiginti sex numerentur,
non uiginti septem ut in manu. hactenus de ossibus totius corporis.

De cartilagine c. XI.

Pergamus ad cartilaginem, quæ græce χονδρος dicitur: de hac maxima ex parte iam tractatum est, cum singulis ossibus quibus adiungitur: tantu superest ut ex ijs quæ dicta sunt, eius naturam uniuersum colligamus, si quid deest adijcientes. Duo ãt potissimu explicanda sunt finis ad quē constituta est, et substantia idonea ad eum finem assequendum. Finis ē multiplex: fulcit. n. primo molliores partes superiectas, atq; adnexas, ut m gutturis musculos, quibus mouetur; in corde uasa: quantum uero firmitate superatur ab osse, tantum superat os leuitate, ita ut pro hoc adiungatur, ubi grauitas molesta esset: resistit et magis q̃ os frangentibus, atq; attrectãtibus; quamobrem adiuncta est nudis partibus, ac prominentibus, ut auriculis, imo naso, spinæ, extremo ossis sacri, posteriori processui cubiti; quæ si ex osse constarent, extremis iniurys magis patrerent, atq; abriperẽt: ob eandem causam iuncta est articulis, quos assiduo motu necesse esset atteri, nisi cartilagine obducerentur, q̃q̃ in his superficies sua leui, ac pingui humore illita, ad facilitatem motus plurimum ẽt conducit: quibusdam articulis non solum obducitur: sed sinui inhæret ligametis adnata; ubi non modo facilitatem motus præstat, sed sinum quoque auget, quemadmodum in tibia ad genu. Efficit item cartilago, cum mollis sit, ac flectatur; ut aliquæ partes dilatentur et contrahantur; ueluti asperæ arteriæ, et costæ, quæ si ex osse constarent, nullo modo flecterentur; sed rigidæ manerent; quamuis ãt flectantur, ni quadam, ubi uolumus, stabiles tamen alioquin seruantur; quo modo asperam arteriam apertam tuetur; et palpebras distentas seruat, ita ut pili non concidant. Habet tandem cartilago uim glutinis, qua ossa inter se agglutinat, ueluti appendicem cum reliquo osse; implet. n. foramina, quæ ibi sunt, et glutinis modo, unum cum altero iunctum continet: id quod in pubis ossibus ẽt deprehenditur. De firmitate ãt quam illis ligamentis addit, quæ cartilaginosa sunt, agemus cum ad ea transibim?

nunc. n.

P. i. Humilior tibiæ appendix interiorem malleolum constituens, et proprie processus huius appendicis

l. i. Asper sinus in humiliori sede imæ appendicis tibiæ: unde ligamentum cartilaginosum procedit ad ceruicem ossis tali.

m. 2. Sinus iter præbens tribus chordis ad plantam pedis tendentibus.

o.p. 2. Suræ pars excarnis

q.q. 2. Sinus suræ per quem transeunt septimus, et octauus musculus pedem mouens.

r. 2. Sinus in humiliori appendice suræ, a quo ligamentum oritur talum petens.

ſ.ſ. i. Primus suræ angulus.

t.t. i.2. Secundus.

u.u. i.2. Tertius.

x.x. 2. Primum latus suræ, et propemodum eminens linea unde oritur musculus pollicem digitum extendens

α.α. i. Secundum latus suræ.

β.β. 2. Tertium.

γ.γ. i. Primus angulus tibiæ.

δ.δ. i.2. Secundus.

ε.ε. i.2. Tertius.

ζ. i. ~~Pr~~ Primum latus tibiæ.

η. i. Secundum.

θ. 2. Tertium.

κ.κ. 2. Aspera linea in tertio latere tibiæ, cui illigatur musculus, qui in poplite latitat

FIGVRA X.

Repræsentant hæ duæ figuræ sinistri pedis ossa; prima a superiori, altera ab inferiori latere.

Γ. i.2. Os tali
Δ. i.2. Os calcis.
Θ. i.2. Os scaphoides.
i.2.3.4. ii.2. Quatuor ossa tarsi.
ii. iii. iiii. v. i2. Quinq; ossa plantæ.
Λ. Ξ. Ossa digitorũ pedis.
c. 2. Posterior pars ossis calcis.
d. e. 2. Interior pars eius de ossis, & propriè e. ostendit sinũ, per quẽ transeunt chordæ pedis plantam petentes.
f. g. i. Exterius latus ossis calcis; propè ad g. notat huius lateris partẽ, p quã transeunt chordæ septimi, & octauj musculi pedẽ mouentis
ζ. H. 2. Inferius latus ossis cyboidis, & propè H sinũ ostendit, qui iter præbet chordæ septimi musculi pedem mouentis
μ. i2. Osticulũ sesamoides, quod positũ est ab exteriori latere commissuræ ossis cyboidis, cũ eo osse plantæ, quod è regione minimi digiti situm est
v. v. i.2. Media spacia inter ossa plantæ
ξ. ξ. i2. Capitula ossiũ plantæ, quæ cũ primis digitorũ ossibus nectunt
ϖ. 2. Sinus cuj illigat' septimus pedẽ mouẽs.
ϱ. 2. Processus ossis plantæ minimi dig.ti sustinentis, in quẽ inseꝛ septimus musculus pedem mouens
s. τ. υ. i.2. Tria ossa digiti indicis, q̃ et in alijs digitis conspiciũt, præter pollicẽ, qui tantũ duobus continet' notatis ϕ. χ
ψ. ω. 2. Duo ossa sesamoidea, subeo osse plantæ quod magno digito præponitur propè commissuram eiusdem.
*. 2. Osticulũ in secundo articulo magni digiti. Reliquorũ digitorũ ossa sesamoidea, nullis insignunt' notis, cũ p se satis appareant.

TAB. VI.



Tabulæ VI. Libri I.

ibi perforatum defixo, sub hunc ei debet, deinde uertebræ lumbos, tum thoracis postremo cervicis, ordine inferramentum defigendæ: quibus caput accedere debet cum maxilla alligatum. Ne circa ferramentum uertebræ cum capite uoluatur; sed cuncta immobilia maneant, ligneus cuneis demissus efficiendum: a dissecandaq; tum costæ singulæ, et cum suis uertebris, cum osse pectoris, atq; inter se alligandæ, tum manus ossa et inter se, et cum cubito, et radio nectenda; sicuti cubitus, et radius cum humero, et humerus cum scapula: hæc cum rugulo, et costis alligandæ, sic ut simul coniungentur ossa omnia, et componetur σκελετὸς, quod ubi opus sit, nobis singulorum ossium naturam patefaciet

FINIS SECVNDI LIBRI ANATOMES.

VIDI VIDII DE ANATOME LIBER TERTIVS. QVI EST DE VENIS, NERVIS, ET ARTERIIS.

De neruis, in uniuersum C. I.

Quum de simplicium partium sectione primum tractandum esse statuerimus, persecuti in superiori libro ossa, cartilagines, ligamenta, ad neruos aggredimur; quorum naturam prius in uniuersum speculatim sectione inuestigantes exponentes docebimus. In uniuersum igitur nerui latine, graece νεῦρα appellantur corpora quædam alba, solida, tenera, quo modo sunt ligamenta, de quibus egimus: tum chordæ in quas musculorum fines degenerant et canales illi, per quos spiritus animalis à cerebro singulis corporis partibus distribuuntur, atq; ea propriè nerua sunt de quibus nunc agimus. Communis omnium munus unum est quod sentiant, sani sint, per quos impertitur spiritus animalis à cerebro, qui sum et sensus et motus uoluntarij unum distribuat duplex quæq; neruorum series existimari potest quòd nec sentiendi unum dumtaxat impertiat nec etiam mouendi. Alij enim ad sensum dumtaxat referuntur, uelut qui ad uisum, auditum, gustatum, qui ad tactum cutis, uentriculi pertinent: alij non solum sentiendi, sed etiam mouendi facultatem afferunt, uelut qui ad musculos feruntur, qui simul cum facultate mouendi motu uoluntario impertiunt etiam illum sentiendi sensu tactus. Substantia neruorum similis est illius partis unde oriuntur; cerebri nempe delicati, et medullæ spinæ. Qui oriuntur à cerebro, cerebri substantiam repræsentant, coactam, ac densiorem: qui oriuntur à medulla medullæ similiter substantiam densam, et coactam; concreuerit enim frigore, et in nerues degenerat: sunt autem cerebrum mollius est, quàm medulla, ita nerui, qui à cerebro oriuntur, molliores sunt, quàm qui à medulla. Ex iis qui à cerebro proficiscuntur, molliores sunt qui à priori parte, quàm qui à posteriori. Ex iis qui à medulla, molliores sunt qui à superiori, quàm qui ab inferiori: omnes autem siue à cerebro, siue à medulla ducantur; quanto breuiores sunt, tanto molliores: quanto longiores sunt, et magis recedunt à sua origine, tanto duriores euadunt; præsertim ubi attingunt partes siccas, uelut ossa. Nerui molles ad sensum accommodantur; cum facilius admittant

mittant species obiectorũ: duri ad motum, cum mollidiores sint: circumdãt autem duplici tunica, et tenui, et dura, qua innolũti tam à cerebro, q̃ à medulla deriuantur: quamobrem triplex substantia in neruis ostenditur: interna, quæ mollis est, et nerui propria: media, qua ad tenuem membranã refertur, neq; nimis mollis, aut dura est. Si neruum trãsuersim secãs, videbitur interna eius substantia ex fibris, seu filis composita, solida tñ ac sine foraminibus manifestis: nam nerui, qui uidendi facultatem præbet, substantiam magis habent raram, q̃ perforatam. Figura omnium teres est; magnitudo respondet magnitudini partium quibus distribuuntur; præsertim illorũ qui motui inseruiunt, nam qui sensui, non solum proportione magnitudinis partium distribuuntur; sed etiã pro facultate sentiendi magis, uel minus exquisita: ubi opus fuit acriori sensu imperatis sunt nerui crassiores; ut oculis, cordi, ventriculi; ubi minori, exiles ut intestinis. Quod attinet ad numerũ neruorũ; septem paria oriuntur à cerebro, totidem à medulla: ex quo colligitur neruorũ initium; cum alij oriantur à cerebro, alij à medulla: neq; n. à corde, aut dura membrana producuntur, ut nonnulli uoluerũt, quæ ad modum suo loco ostendemus: sed à qua parte cerebri, et medullæ quilibet nerus oriatur, cui parti, et quo itinere distribuatur, apparebit, ubi singulos persequemur. ad quos iam accedimus.

Nerus, qui à cerebro oritur: C. II.

A cerebro igitur nerui oriuntur septem à dextra, totidem à sinistra parte, et id circò septem paria nominantur: q̃ q̃ tertium, et quintum par duplex deprehenditur: ita ut nouem paria numerari possint, quibus decimum adiũgũt, qui instrumenta olphactus neruos esse existimant: sed cũ hæc magis sint processus quidam cerebri, q̃ nerui; cumq; rami tertij, et quinti paris proximi ad tertium, et quintum par refrãgãtur, omnes ad septem paria reducũtur. primum, et secundum par oritur à basi cerebri anteriori, reliqua quinq; à principio cerebri medullæ prius q̃ ex caluaria prodeat.

Primum par fi. ii G.

Primum par neruorũ oritur à priori parte cerebri ad basim, unde processus

2. t. i. fi. i. ii. F

illi emanant, 2 qui sunt instrumenta olphactus. Est autem nerui hic nervus et mollissimus, et crassissimus, etiam si conferatur cum reliquis neruis totius corporis: nam si quis in vrachio, aut crure crassiores sunt, non simplices sunt, sed coagmentati ex pluribus. Fert interq obliquus introrsum supra sinistrum, sinistrum

3. t. i. fi. i. H.

dextram partem inclinat: itaut ia vnum cõeant, et quadratum 3 quoddam corpus efficiant. sed paulo post rursus diducuntur, et dexter ad dextrum, sinister ad sinistrum oculum tendit. per foramen ossis cuneiformis, * atq ita in basim oculi inseritur, neq in plures ramos deriuatur, sed latescens, atq extenuatus conuertitur in telam, 4 quae, quia retis formam refert, ἀμφιβλη-στροειδης graece nominatur. adeo ãt mollis est, ut si simul cogatur, cerebri substantiam representet: amplectitur haec dimidiam partem, posteriorem videlicet, intrei humoris. Huiusmodi igitur est natura primi paris neruorum cerebri; qui quamuis πόροι ὀπτικοὶ à ueteribus nominentur, nullum tñ habent foramen manifestum.

* Notatur hoc foramen in pictura calvariae lĩa. E. t. v. fi. i

4. t. i. fi. i. ii. i.

5. t. i. fi. i. ii. K.

Secundum 5 par neruorum nascitur à latentibus basis anteriorem cerebri, paulo magis uersus posteriorem partem: est ãt tenuius. et durius, utpote quod nõ pertineat ad sensum, sed ad motum; distribuitur enim oculorum musculis: exit ãt per calvariam, una cum uena et arteria, ex foramine ossis cuneiformis. *

* Notatur hoc foramen in pictura calvariae lĩa. G. t. v. fi. i.

6. t. i. fi. ii. M. lib. v. fi. xiiii. i

7. t. i. fi. i. ii. i. lib. v. fi. xiiii. i.

Tertium 6 nervorum par duplex initium habet; alterum plenius, alterum 7 tenuius, et durius: quod plenius, oritur à latentibus cerebri paulo magis uersus posteriorem partem, q primum, aut secundum par iam dictum. Sed magis adhuc uersus posteriorem partem nascitur, quod tenuius: incipit. n. ad initium medullae, rectq per inferiorem cerebri partem procedens, per idem foramen exit, per quod exire secundum neruorum par diximus. Inde in quatuor ramos distribuitur, quorum 8 primus per adipem oculorum transiens, per illud foramen ossis, qd ad superalia situm est, exit, et musculis frontis distribuitur; 9 Secundus descendit per foramen quarti ossis malarum, et in multos ramulos diductus,

8. t. i. fi. ii. N. lib. ii. i. iiii. H.

9. t. i. fi. ii. O.

musculis

musculis impertitur mouentibus superius labrum; et gingiuis, quæ superiores dentes continent. Tertius[x] exit per commune foramen tertij, et quarti ossis malæ, sub angulo oculi interno, et in cauum nasi penetrans, ibi finitur. Quartus[xi], qui ex reliquorum trium tenuissimus est, per rimam exit, sitam inter os cuneiforme, et malas, ab externo latere oculorum; ubi interna parti musculorum temporis imp̃titur. At crassius[12] initium tertij paris, quod aliquanto magis uersus anteriorem partem incipit à lateribus cerebri: exit per foramen illud cuneiformis ossis: * inde ramum[13] profert capreoli modo intortum; qui subinde durior fit, dum coniugatur cum duobus ramis[14] quinti paris; cum quibus confusus, musculos temporis, et illis qui maxillam circumducunt, tum cuti, et reliquis musculis faciei impertitur: sed postea initium hoc tertij paris protulit iam dictum ramum, ultrius descendens alterum[15] profert, qui ad gingiuas tendit; et antequam ad linguam perueniat, alium[16] rursus, qui transit per musculum in ore abditum; ingrediturque per foramen ab interna parte maxillæ; et ultrius procedens, cuilibet denti sui lateris ramum impertit, donec exeat per foramina à lateribus menti, ubi distribuitur etiam per labrum inferius. Reliqua[17] pars crassioris initij procedit ad radicem linguæ, ubi et eius melamentum efficit, quo sapores percipimus, et aliquos ramulos transmittit ad partem eius internam.

Quartum[18] par neruorum tenuius est, et durius, nascituraque paulo posterius quam tertium: et ultrius progrediens, coniungitur cum tenuiori ramo tertij paris: utraque autem exit per idem foramen *; diuiditurque per tunicam[19] palati; ita ut ex quarto pari et ramulo tenuiori tertij, uideatur unum dumtaxat effici par, ad idem munus.

Quintum[20] par neruorum paulo crassius quam quartum oritur in medio spacio inter exitum medullæ ex caluaria, et eius initium: incipit autem à multis ramis, qui simul iunguntur; transeuntque per foramen * in osse temporis, quod in cochleam serpit; sicque in cauum auris in telam degnat, quæ est instrumentum audit. Idem quintum par duos alios ramulos profert, quorum[21] unus coniungitur cum ramulo illo[22] ex neruo tertij paris, quem capreoli modo intortum diximus; et

t.i.fi.ii.PP.

t.i.fi.ii.Q.

t.i.fi.ii.M.

Notatur hoc foramen in pictura caluariæ litera.Q.

V.fi.I.

t.i.fi.ii.R.

t.i.fi.ii.b c.

t.i.fi.ii.S.

t.i.fi.ii.T.

t.i.fi.ii.YY.

t.i.fi.i.ii.Z.

Notatur hoc foramen in pictura caluariæ litera.V.

i.fi.Z. inferius.

t.i.fi.i.ii.a.a.

V.fi.ix.M.

xiiii.L.

Notatur hoc foramen in pictura caluariæ litera.a.t.

t.i.fi.i.ii. b.

t.i.fi.ii.R

musculis temporū, ac faciei distribuitur. Alter ramus exit per paruum foramen
in osse temporis; tenditq; ad eum musculum, qui in ore abditus maxillam cum-
23.t.i.u.d.lib.v. ducit, et ubi ad priorem partem huius musculi peruenit, per buccas distribuit.
fi.xiiii.l. Nascitur et apud principium quinti paris tenuis[23] alia radix, et durior: alligato
interius, quæ descendens preter cancriformē, impertit musculo abdito nerū, et
musculo temporis. Ius ii ut ualidior ut. quinq; rames nerueos obtinet: primus
ad radicem tenuiorem septi paris refertur: secundus ad crassiorem, Tertius,
et quartus ad radicem crassiorem quinti paris: quintus ad tenuiorem simi-
24.t.i.fi.iii.c. liter quinti paris.
lib.v.fi.ix.n.

Sextum[24] par nerueū incipit paulo magis uersus inferiorem, ac posteriorem par-
tem à multis radicibus quæ in unum par coeunt: quod transit ex foramine
25.t.i.fi.iii.f. communiter pertinente ad os temporis; et occipitij, * ubi at ex caluaria exijt, sta-
* Notatur hoc fora- tim ramum[25] producit, qui in musculos occipitij, et in secundum qui scapulā
men in pictura caluariæ tra.C. mouet, diuiditur: procedens ãt iungitur[26] cum septimo pari; ita ut ipse adiuncto
t.v.fi.i. 26.t.i.fi.iii.v. crassius[27] efficiatur ad latus gutturis. Inde aliquos ramulos[28] impertit musculis
27.t.i.fi.iii.o. gutturis duobus uidelicet, qui ex posteriori rede gulæ orti inseruīt lateribus
28.t.i.fi.ii.g. scutiformis cartilaginis gutturis duobus item ad tria cartilaginis baum
citis, duobus tandem ex illis, qui primam cartilaginē cum secunda comittit.
Tum per latera gutturis descendit. una cum arteria caretheide, et uena iugu-
lari interna, ad initium cauæ thoracis: ubi acsi bipartitus esset, insignem ra-
29.t.i.fi.iii.h. mum[29] transfert ad anteriorem sedem radicis costæ primæ thoracis; et sub mē-
30.t.iii.fi.ic.ic brana costas succingente. Inde per radices reliquarū costarū procedēs[30] miscet
cum aliquibus ramulis nerueis, qui à medulla spinæ orti feruntur ad spacia
media inter costas. Statim ãt ubi grandis hic ramus exit ex septo transuerso,
31.t.ii.fi.ii.k.k. diuiditur in partes alimento inseruientes, ut mox subijcimus. Paulo infra
grandem ramum iam dictum, nascuntur à sexto ramo aliqui ramuli[31] qui
feruntur ad septimum musculum caput mouentem, ortum ab osse pectoris,
et iugulo; et desinentem in processum caluariæ mammillæ similem. Iidē

ramuli

ramuli feruntur ad musculum innominatum os hyoides, et ad illum qui ab osse hyoide natus tendit ad primam cartilaginem gutturis. His ramis ita productis, sextum par nerueorum in cauum thoracis ingreditur: ubi nerus dexter, latera uersus interiorem partem tres ramulos profert, sed interdum duos, uniuersi sub altero: qui siue duo, seu tres in unum nerum coeunt. Transit hic sub arteria, quae ad dextrum brachium fertur; unde uersus reuertitur, innexus dextro lateri asperae arteriae per membranam quae tendit usque ad dextrum latus gutturis: inhaeretq; glandulae dextri lateris gutturis; inde in multos ramulos deriuatur, qui sui lateris musculis distribuit, guttur claudentibus. At nerus sinistri lateris, ubi in cauum thoracem ingressus est, inferius descendens, similiter uersus interiorem partem tres ramos profert, unum post alterum; interdum duos tantum: qui sub arteria ex corde descendente statim in unum coeunt. hic circa eam reuolutus sursum reuertitur, innixus sinistro lateri asperae arteriae per membranam: diuidituraq; in musculos gutturis non secus quam dexter: appellantur recurrentes ambo hi nerui, qui sursum reuertuntur ad musculos claudentes guttur, et uocem effingentes: sub quorum initio mediocres aliqui ramuli proferuntur. à sexto pari neruorum, qui ad membranam cordis, et pulmonis feruntur; à ramis at sinistri nerui ramulus oritur qui cordi distribuitur. Reliqua portio huius sexti paris utring à dextra à dextro, sinistra à sinistro latere descendit, et gulae per membranam laxiorem illigatur. Inde utraq in duos ramos diuiditur; qui ita obliqui feruntur, ut dextri ad dextrum; sinistri ad sinistrum gulae latus pertineant. Quatuor hi rami una cum stomacho septi transuersi penetrat, cui nullum ramum impertiunt; sed diffusiuis ramis complectuntur, primo uentriculi os contexunt, tum priorem ac posteriorem uentriculi partem amplectuntur. A illis at ramis qui dextrum ramum latus oris uentriculi contexunt, gradior ramus deriuatur, qui ad inferius uentriculi ostium progreditur: interim ramulos aliquot distribuens, et priori, et posteriori parti uentriculi. Idem sub

45.t.i.fi.ii.x.lib iii fi.xi.r. inferiori ostio [45] uentriculi uenæ parte infæcius, ad iecoris caui progreditur; et in iecoris inuoluchrum diuiditur. Restant ex sexto pari nerui, expenendi

46.t.i.fi.ii.h. 47.t.i.fi.ii.i rami illi grandes [46] quos ad radices costar. [47] et media ipsar. spacia iuncti, nerius à medulla spinæ diducti pertinere, et per septum transuersum traseuntes

partibus alimenta inseruientibus distribui diximus. Ergo ubi iuxtà cum magna

48.t.i.fi.ii.y. arteria ex septo transuerso egrediuntur, dextri ternas profert propagines. quar. prima [48] inferiori membranæ omenti iungitur; et per ipsam descendens in aliquot

49.t.i.fi.ii.z. ramos desinatur; qui distribuuntur dextræ parti [49] eiusdem membranæ, et colo

50.t.i.fi.ii.α. intestino, quod ab ea quasi à mesenterio comprehenditur. cui, et tenuissimus ramus [50] impertitur primo intestino, quod duodenum appellant: et inferiori

51.t.i.fi.ii.β. Tum alius [51] longe crassior ad superiorem membranam omenti pertinet. Reliqua

52.t.i.fi.ii.* portio primæ propagis iam dictæ [52] in iecoris caui, et fellis uesicæ diuiditur.

53.t.i.fi.ii.γ. Secunda propago [53] in dextrum renem, et pinguedinis inuoluchrum inscritur.

54.t.i.fi.ii.δ. Tertia propago [54] grandior utraq; iam dicta dextræ parti mesenterij, et intestinis

55.t.i.fi.ii.sub.δ. ibi alligatis impertitur. Sub prædicta triplici propagine quod reliquum est, [55] gra-

56.t.i.fi.ii.ε. diosus rami dextri lateris ex septo transuerso descendentes, uesicæ, [56] et utriq; etiam

57.t.i.fi.ii.ζ. in fœminis impertitur. Sinister ramus grandior, eodem fere modo ac dextri distribuitur; transfert. n. propaginem [57] ad inferiorem omenti membranam, quæ atq;

58.t.i.fi.ii.θ 59.t.i.fi.ii.ι. ad renem pertineat, duos impertit [58] surculos, qui similiter distribuuntur inferiori membranæ omenti, et colo intestino, quà uentriculum attingit. Impertit et ramos [59] uentriculi fundo à latere sinistro, et superiori membranæ omenti. Inde et prima

60.t.i.fi.ii.κ. propago [60] in renem se inscrit, tenues quosdam ramos sinistro uentriculi lateri impertiens. Secunda propago [61] ramos distribuit mesenterio, et intestinis sui lateris. Tertia [62] tra-

61.t.i.fi.ii.λ. 62.t.i.fi.ii.μ. dit ad renem sinistrum. Quod reliquum est ex hoc sinistro ramo grandiori, ad sinistrum uesicæ, [63] atq; uteri latus progreditur. Cæteri, ab illis propaginibus, quæ ad me-

63.t.i.fi.ii.ν. sentrium pertinent, ramuli interni cum uenis, et arteriis seminis materiam deferentibus ad testiculos deferuntur.

64.t.i.fi.ii.ν. lib.v.fi.ix.xiiij. 65.t.i.fi.ii.ξ. Septimum [64] par nervor. ut durius est, ita ex duriori parte oritur; [65] ex medulla uidelic.

paulo

72.

ex paulo superius q̃ ex caluaria exeat. Incipit aũt à multis initijs scirnetis, qui deinde utring̃ in unum nerum conuertũtur. egreditur hic per foramen ossis occipitis. vbi ex caluaria prodijt, ramulos transfert uersus processum styloidem, et iunctus cum nerno sexti paris sui lateris, usq̃ ad radicem linguæ pregredit, ramulos multos distribuit musculis linguæ ossis hyoidis, ac gutturis: inde in unum coit cum nerno sexti paris, ut ipsum efficiat crassiorem.

Enarratis septem paribus neruor. à cerebro ortis; proximum est, ut ad reliq̃ pergamus, quæ deriuantur à medulla spinæ posth̃ ex caluaria excessit. Natura in hanc prouenit, ut neruos impertiret singulis fere corporis partibus capiti subiectis, quas necesse erat, aut neruis carere, et ideirco expres esse sensus, et motus; aut neruos accipere à cerebro, qui cum partibus compluribus graciles distribui debeant, iter minime tutum fecissent: quamobrem opus fuit neruor. initio propinquiore; cuiusmodi est medulla spinæ; quæ ab ossium medulla plurimum dissidet, nam hæc humidior est, et pinguior effincta, ad madefaciendã, atq̃ alendã ossa, sine ullo consortio cum neruis, sine inuolucheis, sine nenis, atq̃ aeteriis insignibus: at medulla spinæ non ad alendum, sed ad neruos producendos instituta est, propter quos maximum habet consortium cum musculis. Tegitur membranis; uenar. et arteriar. non exilium est particeps; substantiamq̃ habet non adipis, sed cerebri similem; paulò tamen duriorem: quanto aũt magis descendit, tanto durior est, et duriores neruos profert. Membranæ quibus tegitur, sunt illæ duæ, quæ cerebrum inuoluunt; una interna, tenuis, uasa continens; altera externa, durior; quibus inuoluta ex caluaria pregreditur. Tantum hoc est discriminis; quòd hæ duæ membranæ in cerebro medium spacium relinquunt; per quod arteriæ mouentur: in medulla ubi non est eiusmodi motus, simul iunguntur; Sed præter has duas, tegitur extrinsecus medulla, terna membrana ualida, neruosa, ac dura; ut defendatur, neq̃ abrumpi possit: cum motis

uertebris plurimum flectitur, ea non eget cerebrum quod caluariæ ossa, quibus
1 t. i. fi. iiii — includitur, non moueantur: quemadmodum uertebræ, quibus medulla conti=
2 t. i. fi. iiii ad H — netur. Progreditur[1] medulla cum exit ex caluaria, simplex per uertebras cer=
3 t. vi. lib. i. fi. 2 — uicis usque ad dimidium thoracis[2] ubi in plures fibras, quasi in chordas diui=
ditur, quarum singulæ ex foraminibus inter[3] uertebras exeuntes uertuntur
in neruos duriores: donec ad finem ossis sacri peruentum fuerit: ubi me=
4 t. i. fi. iiii. ab A ad B — dulla in neruos iam absumpta desinit: sunt autem neruorum paria quæ a me=
5 t. i. fi. iiii. ab B ad C — dulla oriuntur, triginta, cum septem deriuentur a uertebris ceruicis;[4] du=
6 t. i. fi. iiii. ab E ad F — odecim ab ijs quæ in thorace,[5] quinque ab ijs quæ in lumbis,[6] sex ab osse sacro;[7]
7 t. i. fi. iiii. ab F ad G — scire tamen licet, ubi os sacrum ex quinque ossibus constat, non sex, sed quinque
paria produci ab ea medulla, quæ in eo continetur: præterea quinque ultima
8 t. i. fi. iiii. H. — paria duplicia esse; cum partim a priori parte, partim a posteriori utrinque
prodeant: extremam uero medullam[8] appellari a non nullis neruum sine
pari: Hæc de medulla in uniuersum: nunc sigillatim perpendendi sunt
nerui, qui ab ea proferuntur, sumpto initio a ceruice, unde septem initia ori=
ri diximus: quorum primum, et secundum a duplici initio incipit, nam si a
simplici inciperet, cum crassius esset, læderetur a commissura uertebrarum,
et maiori foramine imbecillius os redderet primarum duarum uertebrarum, quod
tenuius fuit: hæc ut natura uitaret, tam primo, quam secundo pari neruorum ceruic=
cis, duplex utrinque initium effinxit, unum a priori parte, alterum a posteriori:
ubique autem dextri nerui ad dextram partem, sinistri ad sinistram feruntur; quod
9 t. ii. i — perpetuo accipiendum est, nisi eorum ductum alio modo proposuerimus.

Primum[9] igitur par neruorum, ~~ex neruorum~~ exit ex foramine insculpto in osse occipitij,
x t. iii. F — et prima uertebra duplici initio, et utroque tenui; ~~uno~~ a parte priori, altero a
xi t. ii. H — posteriori; Posterius[x] initium musculo distribuitur, qui a transuerso processu primæ
uertebræ, et aliquarum sequentium ortus, scapulam attollit. Anterius,[xi] quod graci=
lius est, ita ut non semper appareat, iuxta latus teretis ligamenti dentiformem
processum secundæ uertebræ astringentis, in musculos fertur, qui a priori
uertebrarum

uertebrarũ sede incipiunt, et primum par numerantur inter dorsũ mouẽtes.

Secundum par exit à medulla, inter primam, et secundam uertebrã similiter duplici initio: quorũ quod posterius est, licet gracilesit, crassius tñ est, q̃ quod anterius educitur q̃ per latera ſpinæ, secundæ uertebræ, ubi in duplicem ramum inæqualem diuiditur; quorũ qui crassior est, à priori parte ad posteriorem tẽdit, quà inter se coeunt musculi, utrinq̃ ceruicis partem posteriorẽ occupãtes, ibiq̃ mixtus cum tertij paris neruorũ ramo, in auor redditur, et per medium dictorũ musculorũ procedens, rursus uersus anteriorem partẽ reuertit; atq̃ ad caput ascendit, ubi in multos ramos deriuatur, ad capitis cutem. Tenuior impertitur initijs tertij, et quinti paris musculorũ mouẽtiũ caput. Anteriũ uero initium secundi paris, à lateribus exit inter primam, et secundam uertebram; tendensq̃ ad latera radicis illius processus, quem dentiformem secundã uertebra exigit, ad primum par musculorũ caput mouẽtiũ fertur.

Tertium par ex communi foramine secundæ, et tertiæ uertebræ à medulla emanat; statimq̃ in duos ramos diuiditur; quorũ posterior retrorsum fertur, flectitur, ac inter musculos cernicem extendentes; hoc est inter septimũ, et octauum par musculorũ dorsi; deinde sub secundo pari musculorũ mouẽtium caput abditus, ad secundæ uertebræ ſpinam progreditur; indeà coitu musculorũ posteriorem ceruicis partem occupantium prodiens, fertur per latera ceruicis ad musculum, qui ex carnosa membrana constitutus, buccas mouet. Prior ramus in quatuor partes diducitur; quarũ prima, primo, et secundo musculo ex dorsum mouentibus distribuitur: secunda declinis procedit ad quartum par neruorũ cerucis, ubi cum eius ramulo mixta in p.tos musculos finitur. Tertia ſursum procedit, coniungiturq̃ cum ramo posteriorẽ initij secundi paris ad cutem uerticis pertinente. Quarta impertitur musculis, qui transuersis uertebrarũ processibus nexi, cernicem in latera mouent, et illi qui à transuersis processibus cerucis ortus, scapulã mouet.

Quartum par egreditur à medulla inter tertiam, et quartam uertebram, et

31 t ii m v

perinde ac tertium in duos ramos diducitur, quorũ posterior[31] procedit uersus
spinam, sub musculis ibi existentibus, quibus aliquot ramos impertit. unde
32 t ii m x. inter musculos utriusq; lateris cernicis descendens, fertur ad musculũ latũ,
33 t ii y ac tenuem, qui buccam mouet, et maxillam. Prior[32] ramus in tres diuidit,
34 t ii p primus[33] coniungitur ex[eũ] ramo ix tertio paris, qui[34] distribuitur musculis
35 t ii a sub aspera arteria collum flectentibus. secundus[35] fertur ad musculos, qui
uertebrarũ lateribus inhærentes, cervicem in latera mouent, at ad illum,
36 t ii b qui à transuersis processibus uertebrarũ cervicis ortus scapulam attollit.
37 t ii c Tertius[36] longe tenuior descendit, et coniunctus cum ramo quinti paris[37] fer-
tur ad septum transuersum.
38 t ii s

Quintum[38] par à medulla egreditur inter quartam, et quintã uertebram;
et perinde ac tertium, et quartum in duos ramos diuiditur: quorũ poste-
39 t ii m c rior[39] torquetur uersus spinam, et eodem modo distribuitur: ac posterior ra-
40 t ii m d mus quarti paris: sed prior[40] ramus quinti paris, statim ramulum[41] imp̃tit
41 t ii a b n n s. musculis flectentibus collum. deinde altiorem[42] profert, qui cum ramo quinti
42 t ii e quarti, sexti, et septimi paris mixtus, crassiorẽ effectus[43] in septũ transuer-
43 t ii n fert ex 6 et m. sum distribuitur. Idem prior[44] ramus quinti paris deinde aliquot ramos[45]
44 t ii m r impertit musculis scapulam attollentibus, et unum[46] et cuti superiectã mus-
45 t ii m r culo brachium attollenti: reliqua pars prioris rami sub musculo brachiũ
46 t ii m g p attollente abdita, statim ubi peruenit ad cervicem scapulæ, in duos inæ-
quales ramos diuiditur. Prior[47] procedit sub commissura humeri cũ scapula,
47 t ii m h ramulumq; impertit illi parti musculi attollentis brachium, quæ incipit
à iugulo, et sublimiori processu scapulæ: cuti uero tm̃ parvulum ramũ
48 t ii i i distribuit, qui iungitur cum uena externa brachij. Posterior[48] ramus hui-
us quinti paris, qui crassior est, ramum transfert ad musculum, qui à
scapula ortus finitur in os hyoides; transitq; per sinum, qui in cervicis sple-
ciem in sublimiori scapulæ parte inspicitur; iunctusq; cum uena, et arteria,
statim profert alium ramum, qui tendit ad musculum collocatũ in sinu,

inter

inter spinam scapulæ, et latus eiusdem superius. Impertit et musculo attollenti brachium; qui nascitur à sublimiori processu scapulæ, et à iugulo; impertit 49 et cuti tegenti partem externam brachij; transiens per exteriorem partē extremi musculi, brachium attollentis.

Sextum 50 par ex medulla exit inter quintam, et sextam uertebram; et similiter atq; alij in duos ramos diuiditur: quorū posterior 51 fertur ad musculos cervicē mouentes, et caput; et ad nonnullos eorū qui mouent thoracem. Prior 52 producit imprimis ramum, 53 qui iunctus cum ramo quarti, et quinti paris, fertur ad septum transuersum; deinde procedens coniungitur cum duobus sequentiū paribus neruorū; 54 et mutuò ab illis disiunctus, et cū ijsdem coniunctus neruos efficit, qui per brachium feruntur. Nascit et à sexto pari ramus 55 qui descendit ad partem scapulæ cauā, et aliquos ramos impertit musculis scapulam attollentiū.

Septimum 56 par deriuatur à medulla exiens per commune foramen sextæ, et septimæ uertebræ: mixtumq; cum ramo sexti paris fertur ad brachiū maxª ex parte: proficiscuntur. n. nerui brachij à quinto, sexto, et septimo pari neruorū cervicis, et à primo, et secundo thoracis. Deriuatur à septimo pari neruorū cervicis interdum ramulus ad septum transuersū; sed perpetuo ramus, 57 q ad spinam procedens, impertitur musculis sitis in posteriori parte cervicis, et lato musculo buccas mouenti. Hactenus de musculis neruis, qui à cervicis uertebris oriuntur; nunc de illis, qui à uertebris thoracis.

Primum 58 itaq; par neruorū qui à medulla thoracis oriuntur, exit ex foramª inter septimā cervicis uertebram, et primam thoracis, collocato eodem modo, ac quinq; paria proxª dicta: similiterq; in duos ramos statim diuidit; quorū posterior 59 tenuior est, et inter musculos ibi uertebris adnatos abditus, retroversum ad spinam pergit, ramulum impertiens musculo illi; qui à pª costa ortus in transuersos cervicis uertebrarū processus, tendit et cervicem in latus inclinat, sed magis in partem priorem. Impertit et alios ramos musculis illis q cervicem, et caput in posteriora mouent; ea at portio huius posterioris

rami, quæ septimæ uertebræ cernicis spinam attingit, fertur uersus partem
externam; et rursus à spina discedens, diuiditur partim in inferiorem sedem
musculi secundi scapulam mouentis, partim in cum musculi, qui scapulæ
60. t. iii. x basi inseritur, et ipsam ad dorsum trahit; partim tertiũ ex mouentibus
thoracem. At ramus anterior longe maior, iungitur cum non parua portione
61. t. iii. y septimi paris neruorũ thoracis cernicis, et secundi thoracis: fertur q̃ ad
brachium cum illis mixtus: excepta una propagine, quæ ab inferiori pte
antrorsum transfert: hæc per primæ costæ longitudinem fertur usq; ad
summum os thoracis, ramulosq; impertit musculo illi, qui à iugulo ortus, cum prima costa nectitur. Finitur hæc propago in illos musculos, qui
à summo osse pectoris orti, sursum progrediuntur; partim ad processum
capitis mammillæ caput imitantem: partim ad hioydes, et os gutturis
cartilaginem scutiformem; quibus musculis impertitur et ramus à sexto
62. t. iii. z. a pari neruorũ cerebri, et à propagine secundi paris neruorũ dorsi. Ab hoc p.o
pari neruorũ thoracis, cum ad alam accedit, à posteriori parte ramuli
deriuantur, in cauam scapulæ regionem.

63. t. ii. g. Secundum par inter primam, et secundam thoracis uertebram ex me-
64. t. iii. 5 dulla egreditur: ramumq; præterens in posteriorem partem diuisum, si-
65. t. iii. ê. mulatque primum non paruam deinde portionem adiungit primo
pari, sed quod eius reliquum est, per primum interuallum costarũ
66. t. iii. 2. 3. 4 ad pectus progreditur, et in musculos ibi inhærentes distribuitur
uig. al. 20.

Reliqua decem paria, quæ à medulla ex uertebris thoracis prodeunt,
fere eadem ratione progrediuntur; statim enim atq; ex lateribus
uertebrarũ orta sunt, in duos ramos æquales diducuntur; quorũ
graciliores retrorsum ad spinam intendunt, et abditi inter musculos
dorsum, ac thoracem mouentes, uertebris inhærent, et aliquos ramu-
67. t. iii. ii. H los cuti, quæ dorsum tegit, impertientes. At rami grandiores in an-
68. t. i. ii. teriorem partem feruntur; ramulumq; impertiunt illi ramo, qui ex

sexto

sexto pari neruorũ cerebri sub membrana succingente, ad costarũ ra-
dices inseritur. Junguntur hi rami anteriores cum uena, et arteria
transeuntq; per sinum in singulis costis ab inferiori, atq; interiori
sede insculptum; atq; in longitudinem costarũ procedit ad partẽ
anteriorem. qui pertinent ad costas ueras ramulos transferunt
musculis thoracis; qui ad spurias, musculis abdominis.

i ii 20. 21. 22. 23. 24. Ex quinq; lumborũ uertebris exeunt à medulla quinq; neruorũ paria[69],
quæ fere eadem ratione distribuuntur, atq; illa quæ ex thorace dixi-
mus oriri: à singulis enim diducuntur rami, qui in posteriora, &
qui in anteriora tendunt; atq; illi quidem qui in posteriora[70], sub mus-
culis abditi ad uertebrarũ spinam pertinent, unde ramulos impar-
tiunt et cuti, et musculo, qui brachium ad dorsum in inferiora mo-
uet: qui in anteriora, distribuuntur musculis abdominis; proprie
autem à secundo pari deriuatur ramulus[71], qui cum arteria mãm
seminis deferente iunctus, fertur ad testem sui lateris, ubi hic non
recipiat propaginem, quam interdum recipere solet ab illo ramo
sexti paris neruorũ cerebri, qui ad costarũ radices inseritur: hic
enim ramus solet augeri ab anterioribus ramis primorũ trium pa-
rium[72] neruorũ ex uertebris lumborũ prodeuntium; nam ab illis pa-
ribus quæ ab inferioribus uertebris lumborũ exeunt, non pauci
rami crutibus impertiuntur.

iii. 25. ad 30. A basse sacro sex neruorũ paria[73], ex medulla oriuntur; quorũ primum
[74] inter imam lumborũ uertebram, et primum os sacri ossis exit inde
atq; illa, quæ à uertebris lumborũ prodeunt; ubi ad egressum est simi-
liter distribuuntur atq; illa: nam ramus[75] ad posteriorem partem ten-
dens, impertitur musculis certis ab osse ilium. atq; illi etiam qui femur
mouet; unde non parua portio impertitur cuti, clunes operienti. At ra-
mus anterior[76] miscetur cum neruis qui feruntur ad uesicam; aliquã tamen

portionem transfert per interiorem sedem ilium ad musculos abdominis, et ad illum qui ab interiore ilium sede natus, foemur mouentium

77 ... septimus numeratur. Reliquorum quinque parium[77] ex osse sacro prodeuntium propria ratio est, singula enim priusquam[,] ex ipso osse egrediantur, ab utroque latere gemina deprehenduntur: ita ut à singulis neruus utrinque duplex feratur, unus in anteriorem partem, alter in posteriorem. Qui in posteriorem, distribuitur musculis occupantibus posteriorem partem, ~~ilij~~ ilium, et sacri ossis: qui in anteriorem, uariè diuiduntur; nam tres superiores pertinent ad crus; duo inferiores ad musculos ani, ad uterum, atque eius ceruicem; in uiris etiam ad ceruicem uesicæ, et penem.

De neruis qui ad brachia, et crura feruntur. C IIII.

1 t ii iii. u.u.5.6.7.

2 t ii 8.9.

Expositis neruis, qui à medulla spinæ oriuntur, operæ prætium est eorum ductum, atque iter describere, qui inde brachijs, et cruribus impertiuntur. Brachium igitur sex neruis continetur; qui[1] oriuntur à quinto, sexto, et septimo pari neruorum à medulla in ceruice contenta deductorum; et à[2] primo, ac secundo pari illorum, qui à medulla sita in uertebris thoracis oriuntur: Rami ab omnibus his deducti inter se coeunt; dein separantur, ac rursus iunguntur; ita ut retiformem plexum efficiant; nec facile discernas, qui neruus, ad quam brachij partem feratur. Primus[3] tamen brachij neruus deriuatur ab illo ramo[4] quinti paris neruorum ceruicis, qui impertitur ad scapulæ spinam, musculo brachium attollenti: finitur itaque primus brachij neruus in cutem brachij diuisus, ab extremo latere paulò sub medio longitudinis; sed profert etiam ramulum ad externam, posterioremque cubiti sedem, quà humeri articulum complectitur; cutj enim hanc partem integenti distribuitur; in progressu perindè atque alij nerui qui ad cutem feruntur; fulcitur membrana carnosa, atque adipe multa includitur: diuisusque in tenues fibras, membranam cũ

3 t ii iii π π t iiii R.

4 t ii iii i

cute

cute ualide connectit. Reliqui quinq; nerui per alam ad brachium ten=
dunt, et in plures ramos diuiduntur in hunc modum.
9.t.i. II 9.0. Secundus[5] enim à plexu illo retiformi, quem constituunt nerui ad latera
uertebrarum, principium sumit, nec constat proprie à quo neruo; ingreditur
brachium sub anteriori musculo cubitum flectente; qua parte duo eius
initia inter se iunguntur; ibi nimirum, ubi inseritur musculus qui ad=
ducit brachium ad pectus, et ille, qui ipsum attollit. Subijcitur ergo se=
cundus neruus anteriori musculo flectenti cubitum; et sub interiori eius
9.t.ii.ss capite, orto à processu scapulæ anchiroide abditus,[6] ramulum impertit
utriq; capiti eius musculi: hic ramulus deorsum tendens dilatatur uersus
7.t.ii.ψ. posteriorem partem eiusmodi musculi, interdum et ramulum[7] profert,
9.t.ii.Γ.t.iiii.γ. qui cum tertio neruo coniungitur uersus priorem partem cubiti sub p.o
musculo ipsum flectente; in progressu ab externo latere ramulum[8] q.o
distribuit capiti musculi illius, qui ortus ab osse humeri, ad primam
palmæ partem illigatur radio, ipsumq; pronum efficit. sed ubi ad cu=
biti flexum peruenit, iuxta externum latus chordæ musculi anterioris
9.t.ii.Δ.t.iiii.a. cubitum flectentis, ad carnosam membranam ductus, ad cutem dissi=
patur, in duos ramos diuisus; quorum gracilior,[9] ac superior, cum exterio=
ris uenæ ramo, iuxta radium, ac mediam cubiti longitudinem, uersus
cubiti appendicem progreditur ad cutem in treis ramulos diuisus q.orum
.t.ii.Δ. inferius præcipuus[x] excedens appendicem radij inferiorem, et secundum pollicis ar=
.t.ii.Θ.t.iiii.b ticulum pertinet: At ramus crassior[x1] et humilior in duas propagines
12.t.ii.Λ. sub media uena diducitur; quarum quæ sublimior[12] est, oblique procedens,
sub cute relicta uena ascendit uersus radium ad internum lati inferi=
oris musculi cubitum flectentis, usq; ad primam palmæ partem. Altera
.t.ii.Ξ. propago,[13] quæ humilior est, sub cute magis oblique fertur deorsum, q; initium
.t.ii.Π mediæ uenæ; et in duos præcipuos ramos diuiditur; quorum unus[14] per radij,
.t.ii.Σ. alter[15] per cubiti regionem fertur ad primam palmæ partem, et inde in pal=
mæ cutem distribuit.

16.t.ii.iii.τ.t. iiii.τ. Tertius[16] brachij neruus qui ad brachium fertur, secundo humilior est,

17.t.ii.υ. sed similiter oritur à plexu neruor' rectiformi, et per alam progre-
diens, ramum[17] transfert inter musculum, qui brachium ad pectus
adducit, et illum, qui brachium attollit. diuiditur̄ in cutem quæ
tegit hor' musculor' latera. qua inter se iunguntur ubi ad hu-
merum accedit, latet sub musculo anteriori flectente cubitum, cr
18.t.ii.φ. simul cum secundo neruo deorsum pregredicns, ramulum[18] impertit
capiti musculi posteriori cubitum flectentis. At ubi tertius adiunctæ
19.t.iiii.χ. ramo secundi auctus est, distribuit ramulum[20] cuti à parte anteriori;
20.t.ii.χ. inde ad cubiti flexum accedit æquali interuallo in pregressu dis-
tans à secundo, procedit autem non per mediam regionem, sed p
interiorem magis ad anteriorem sedem inferioris capitis humeri;
21.t.ii.43.t. iiii c.t iiii χ.t iii 44. t.iiii.d. quam regionem ubi superauit, deriuatur in multos ramos,[21] qui
una cum ramis deductis à quinto neruo diuidun̄tur in musculos
22.t.ii iii.φ. t iiii.c interiorem cubiti sedem occupantes.

Quartus brachij nerus[22] à plexu rectiformi similiter incipit, sed alior'
longe crassissimus est. latet at̄ similiter ac tertius, et cum ipso in bra-
23.t.iii.ψ. chium fertur, iunctus cum arteria, ac uena interna, multos ramu-
los[23] impertiens musculis cubitum extendentibus, sed prius q ad dimidia
brachij longitudinem pertineat, uergit oblic̄ deorsum ad os humeri,
24.t.iii.Ω.t. iiii.f. procedit̄q inter hos cr musculos cubitum extendentes. Vers̄ antiq̄ pe-
nitus reflectatur; ramulum[24] transfert inter musculos cubiti extē dē-
tes; et posteriorem ex flectentibus eundem: hic in interna brachij
sede in cutem diuiditur; fibras partim sursum, partim deorsū profe-
25.t.iii.32.t. iiii.g. rens; ipse uero truncus per posteriorem humeri partem conuersus,
paulatum tendit ad externam, ubi deriuatur ramus,[25] qui ex alteris
partibus emergens, inter musculum exteriorem ex ijs qui cubitum ex-
tendunt, et caput oblongi musculi radium pronum efficientis distri-

buitur

77.

buitur cuti externam cubiti partem tegenti. Idem truncus cum primum
externus humeri tuberculum attingat, sinui innititur in posteriori eius
sede insculpto; inde tuto sub musculis progreditur, sed statim atq; ad
cubitum peruenit, ramum[26] profert, qui sub cute ad primam palmæ par-
tem procedit; unde complures ramuli deriuantur ad externam cu-
biti sedem. Idem truncus deinde in duos[27] scinditur similiter abdi-
tos, quorū superior[28] per radium, humilior per cubitum progreditur.
Tendit autem proprie superior inter superius latus illius musculi,
qui duplici chorda primam palmæ partem extendit, et externus atq;
inferius latus longi musculi radium pronum efficientis, sicq; ramu-
los illis musculis impertiens ad primam palmæ partem progreditur;
ubi sub transuerso ligamento ab exteriori parte transit, qua parte
transit etiam chorda bipartita musculi primam palmæ partem ex-
tendentis: ibi autem in duos ramos diuiditur,[29] quorū unus duplici
ramulo in externam pollicis regionem diuiditur; alter in duos ramu-
los scinditur; quorū unus ad externam indicis sedem duplici sede ra-
mulo pertinet; alter simplici ad internum latus externioris partis me-
dij digiti. At humilior[30] bipartiti trunci pars statim ramum[31] imperit
musculo extendenti digitum indicem, medium, et eum qui inter me-
dium, et minimum est; inde alium ramum musculo extendenti di-
gitum paruum, atq; alium musculo extendenti primam palmæ
partem; in uimen autem ramulum transfert cuilibet musculo exijs
quæ a cubito oriuntur. reliqua pars[32] huius nerui ad primam palmæ
partem finitur, diducta in ramulos, qui iunctura distribuuntur.

Quintus brachij nervus oritur a plexu nervorū rectiformis, et cum quarto
iunctus per brachium integer, nullum impertiens ramum cuiq; parti
fertur inter exteriorem musculum extendentem, et posteriorem flectentē
cubitum, per internam brachij sedem abditus, dum contegat internam

26 t. iii. 33. t. iiii. h.
27 t. iii. 34. t. iiii. i.
28 t. iii. 35. t. iii. k k.
29 t. iii. 36.
30 t. iii. 37.
31 t. iii. 38.
32 t. iii. 42.
33 t. ii. m *. t. iiii. m.

humeri tuberculum, ad cuius posteriorem sedem sinuatam reflectitur, et pari serie distribuitur cum tertio neruo, qui transit per anteriorē sedem tuberculi humeri; utriq; cum ramos præbet musculis, internā cubiti partem occupantibus; qui ab interiori tuberculo humeri à cu-

34 t ii iuxta 43 t iiii c ii.

bito, et radio nascuntur; profert igitur ramum,[34] qui radio inhæres fertur intra musculos flectentes secundos, et tertios articulos digitorū iunctus cum uena, et arteria hac parte transeuntibus; et sub ligam^to^ transuerso ad primam palmæ partem progreditur, ac primo profert ramum, qui in duos diductus, interiori parti parui digiti impertit utrinq; unus; deinde alium, qui et ipse bipartitus pertinet ad digitū, qui inter medium, et minimum est, atq; alium tandem, qui ad exteriorem partem interni lateris medij digiti progreditur. Nascit

35 t ii 46 t iiii t.

ab eodem quinto neruo à parte externa, circa dimidium radij ra-mus,[35] qui progreditur inter musculum inferiorem extendentem cubitum, et inferiorem flectentem uersus partem exteriorem: diuisus aūt in tres ramos distribuitur externæ parti digiti medij, minimj, et eius qui inter utrumq; est; Torpescunt hi digiti, ubi cubito ualide innitimur, quartum ac quintum neruum comprimentes.

36 t ii 48 48.

Sextus brachij neruus[36] nascitur à fine plexus retiformis, et per alam trāsiens sub cute usq; ad internum tuberculum ossis humeri procedit, multos ramulos distribuens cuti; in progressu aūt ubi ad dictum tuberculum peruenit, statim scinditur in plures ramos, qui partim supra, partim infra ramos internæ uenæ feruntur, sed omnes simul coeunt, sub cute in longitudinem cubiti, non longe à prima palmæ parte; ubi in anteriorem brachij partem diuiduntur.

Cruris uero nerui quatuor sunt, nascunturq; à plexu similiter retifor-

37 t ii 57 60 66 71 t iiii y g m.

mi, ut nerui brachij, sed longe maiori: fit eiusmodi plexus ex neruis qui à medulla oriuntur, iuxta iuncturam[37] trium inferiorū uertebrarū

lumborū

78

lumborũ, tum ab illis qui per primum foramen ossis sacri, & per tria
inferiora egrediuntur. Horũ quatuor nervorũ magnitudo inæqualis
est, et uaria distributio; primus, et tertius tenuis est, secundus crassior,
licet ipse quoq; tenuis sit, sed quartus longe crassior q̃ tres superiores
etiam simul iuncti. Oritur primus[38] à superiori parte plexus ischiadi-
mis, qua parte anterior ramus tertij paris nervorũ à lumbis prode-
untium iungitur cum quarto, et sub peritoneo ad femur descendit,
inhærens musculo lumborũ, et externo latere chordæ sexti muscu-
li mouentis femur: ubi ãt ad os peruenit, ramulum[39] producit, qui
descendit per cutem à priori parte femoris uersus exteriorem, prope
genu; Ipse latet inter musculos, ramumq; unum impertit primo,
alterum septimo, alium nono mouenti cruris, & iuxta situm duorũ
primorũ musculorũ dictorũ, usq; ad finem uersus genu obliq; des-
cendit.

Secundus nervus,[40] ex iis qui cruris mouent, nascitur infra primum, è regi-
one tertiæ, et quartæ uenæ iunctura' uertebrarũ lumborũ, & sub pos-
teriori parte peritonei transiens cum uena, et arteria per inguen trans-
euntes, ad femur descendit, ubi latum ramulum[41] profert, qui ab ex-
terna parte usq; ad magnum digitum progreditur, iunctus ubiq; cũ
uena quæ per inguen transit; procedit ãt per internam partẽ femo-
ris, et cruris, sub cute, usq; ad pedem,[42] in itinere nonnullos ramulos
cuti impertiens; quorũ præcipuus[43] fertur ad priorem partem genu,
scessus in multos, qui per ipsum distribuuntur. Truncus[44] deinde abditus
cum uena, et arteria, per musculos transit occupantes interiorẽ partẽ
femoris, et per quintum mouentem cruris, cum quo simul deorsum
fertur; inhærens interno latere nono musculi mouentis cruris, desi-
nitq; perinde atq; primus, priusq; ad genu perueniat, sed in itinere
ramulos impertit membranulis, quibus obducuntur uenæ & arteriæ.

2 t ii 57. 4. iiii. c.

38

39 t ii. 58. t iiii. a.

39

40 t ii. 60. t iiii. y.

40

41 t ii. 61. t iiii. δ. δ.

41

42 t ii 62.

42

43 t ii. 64.

43

44 t ii. 64. t iiii ε.

44

45 t ii 66. t iiii ℈.

Tertius neruus [45] ex mouentibus crus nascitur post secundum è regione iuncturæ quartæ, et quintæ uertebræ lumborũ sub peritonæo, transitq; sub septo musculo femur mouente usq; ad foramen ossis pubis, per quod transit ad femur; sed ante ramulos imperit nono, et decimo musculo mouenti femur, et musculis qui ab osse pubis orti colem mouent. Postea infimus descendit non secus ac duæ priores iterum, ramulumq; [46] distribuit cuti tegenti interiorem partem femoris, quod reliquum eius est, partim [47] peruenit ad secundum musculum mouentem crus, partim [48] ad illam partem quæ musculi mouentis femur, quæ nascitur ab osse pubis.

46 t ii 68. t iiii H

47 t ii 70 t iiii d.

48 t ii 65.

49 t ii iii 71. t iiii i.

Quartus neruus [49] ex iis qui feruntur ad crus post tertium oritur, producitur at ab ultimo lumborũ neruo, et ab anterioribus ramis trium sequentium. Hic inter omnes corporis neruos non solum crassimus est, sed et durissimus, et nalidissimus, cum à fine dorsi oriatur, descendatq; per sinum, eius causa in posteriori parte ossis coxæ insculptum. Statim at à posteriori parte ramum [50] profert, qui aliquatenus procedens abditur sub primo musculo mouente crus, unde prodiens aliquot ramulos imperit cuti tegenti imam partem inguinum, deinde alios tertio, quarto, et quinto musculo mouenti crus, et quinto mouenti femur; quibus derivatis descendit inter musculos occupantes posteriorem partem femoris iuxta os, usq; ad diuidendum ipsum, ubi at ramum distribuit illi parti quarti musculi mouentis crus, quæ nascatur à medio osse femoris: deriuantur ex ab hoc aliquot ramuli [51] ad eutem tegentem femoris partem posteriorem, ipsa medium. Descendit deinde quartus nerus ad genu inter duo capita ossis femoris, a parte posteriori utrinq; ramulum [52] imperiens tribus p.ris musculis mouentibus pedem, qui nascuntur à prædictis femoris capitib.9 deinde ibi in duos [53] inæquales ramos diuiditur, qui per crus descendunt; quotquot at nerui infra genu distribuũt, ab hoc deriuãtur, illo [54] excepto, qui nascit à secundo neruo cruris, progreditq; per interna parte femoris et cruris.

50 t ii 72.

51 t ii 73

52 t ii 75 t iiii o c

53 t ii 76.

54 t ii 61

exterior

Exterior ramus[55] tenuissimus est, procedit{q} uersus eam partem quæ sub-
pernè tibia committitur cum sura, ramum[56] in itinere proferens, qui sub
cute ad thalum, et exteriorem partem pedis peruenit, sed in itinere ramos
multos distribuit cuti has partes tegenti; abditur[57] deinde inter septimum,
et octauum musculum mouentem pedem, sexto[58] inhærens, qua parte
alium ramum[59] exigit, qui sine aliquo ordine diuiditur in cutem tegen-
anteriorem partem cruris; quod reliquum est huius extremi rami, trans-
iens inter musculos, ut diximus occupantes priorem partem cruris, ipsi{q}
aliquot ramos impertiens, inhæret ligamento in longitudinem nectenti
tibiam cum sura; ipsum{q} in dimidia parte perforatum ramulo,[60] qui cum
alio uerue ramulo[61] ab interiori ramo huius quarti nerui orto iungitur,
A summo igitur humero ad pollicem usque scalpello rectam lineam duces, ita ut carnosa membrana inuiolata, cutem duntaxat diuidas; quam diductis labris in uniuerso brachio, et manu, ita leniter resolues, ut unà cum neruulis, ac uenis adipem super carnosa membrana relinquas, siquid in resoluenda cute occurrat, præcides; qua resoluta, super membrana tegête musculum attollentem brachium, neruulos, ac uenulas inspicies, simul cum primo neruo brachij, qui per externam eius sedem super carnosam membranam progreditur. Spectabis deinde ramum tertij nerui, qui inter musculum attollentem brachium, et eum, qui idem ad thoracem adducit, ad carnosam membranam a priori brachij parte procedit, sed à posteriori iuxta inferiorem partem externi lateris neruorum ramulos uidebis; à quarto neruo brachij ad carnosam membranam deriuatos, et simul etiam ramum, quem quartus neruus præbet externæ parti cubiti. Discernes et distributionem sexti nerui brachij super carnosa membrana; deprehendes et exitum uenæ internæ, quam cephalicam nominari diximus ad externum latus musculi brachium attollentis, et ramulos quos partibus, quæ iuxta sunt, impertit; donec cubiti iuncturam attingat, ubi ramum inuenies, qui obliquè deorsum à cephalica uena ad cõis constitutionem descendit, et alium sinist

qui iuxtà

qui iuxta radium per posteriorem partem usq; ad parvum digitum feretur, ramulum ex uena iecinoris accipiens. Ille uero ramus, quem cephalica (raro tamen) ad sublimiorem partem iunctura cubiti transfert, etiam sine sectione apparet. Intuebereis et uenæ iecinoris partem illam, quæ sub media longitudine brachij ad carnosam membranam ascendit, unde ramus deducitur ad communem uenam efficiendam. Discernes et alios ramos, qui à iecinoris uena per inferiorem, atq; interiorem cubiti regionem ad primam palmæ partem feruntur: poteris et communis uenæ ductum inspectare intuitus ramulos, nervi secundi brachium petentis, cum primum in cubiti iuncturam ad carnosam membranam egreditur, ramum, item quo ad veteri nervi, qui per extremam cubiti partem ad manum usq; progreditur; aliquo pacto et nervi apparebunt, qui ad digitos pertinent, quos præstat tunc perspicere, cum cor à initia usq; ad digitos resolueris. Vbi iuncta hæc diligenter animadverteris, membranam hactenus inviolatam, cum adiunctis venis, ac nervis à subiectis musculis separabis; deinde musculum, qui brachiũ ad pectus adducit à partibus quibus illigatur, usq; ad finem resolues, sicut et illum, qui brachium attollit, et primum, et secundum ex illis qui scapulam movent. Post hæc jugulum à summo humero separabis, et musculum illum auferes, qui à pectoris osse, et jugulo ad procerum in osse occipitij mammillam referentem, alligatur; auferes et eum, qui à scapula tendit ad os yoides; et eum qui à prima costa transversis processibus vertebrarũ cervicis inseritur. In detrahendis musculis non est quod diligentia utaris, ne violentur; quandoquidem nunc non musculorũ, sed nervorũ, venarũ, et arteriarũ distributio sectione investigatur. Detractis igitur musculis ad latera vertebrarũ cervicis evidenter se ostendent nervorũ cervicales, quorũ plexum, iter, ac divisionem per brachium persequeris. Occurret tibi primo nervus, qui musculo brachium attollenti præcipue distribuitur; dein secundus; et tertius, quorũ ductum facilius deprehendes, si

capita musculi anteriorem cubitum flectentis ab ea parte separes, à qua incipiunt, ita ut ipsum resolvas usq; ad finem. Inspicies tunc non solum secundi, et tertij, sed quarti, quinti, et sexti etiam progressum per brachium, præterea arteriæ, et venæ iecoris, ac cephalicæ ingressum in brachium, observabisq; iter uniuscuiusq; id quod facile succedet in secundo, tertio, quarto, et sexto nervo usq; ad cubiti iuncturam. Iam quarto versus externum humeri tuberculum retorquetur; neq; se ostendit nisi musculos cubitum extendentes obliq; dissecueris. Sic nervi progressum interiores musculis dissectis. Ubi autem quartum nervum ad externum latus cubiti iuncturæ diduxeris, et ramos quos in progressu profert, perpenderis, musculos ab externo humeri tuberculo ortos a suo initio resolues, ramos quarti nervi aspicies illis musculis impertitos. Persequeris et eam partem, quarti nervi, quæ posticos indices, ac medij digiti extimæ regioni ramulos impertit, musculum observans, qui duplici chorda in primam palmæ partem inseritur. Inquires et aliam partem quarti nervi quæ per cubitum pergreditur ad primam palmæ partem, ramulos impertiens musculis ab externa cubiti regione incipientibus. Ut autem reliquum tertij, et quinti nervi, ac ramum venæ iecoris abditi, progressumq; arteriæ per brachium, et manum deprehendas, resolues capitum interq; ab interno humeri tuberculo incipientia, sicuti tibi prompte occurrent, in anteriori cubiti sede sublato autem musculo flectente secundos articulos quatuor digitorum, viâ ibis eorundem ductum, usq; ad primam palmæ partem, videbis et portionem quinti nervi ad cubitum pertinentem, quæ per posteriorem partem inferioris tuberculi humeri fertur ad cutem, sub medio in longitudinem ramum ipsi impertit, qui in exteriora vergens, ramulos distribuit externo lateri minimi digiti, et duorum proximorum. Hunc autem facile discernes, cum superficie tenus propè feratur. Quod reliquum est quinti, et ductum tertij perspicies, ut transeuntem ligamentum

ad primam

ad primam palmæ partem ab interiore sede perficias, & tenui scalpello uenã, arteriam, atq; eos neruos ad extremos usq; digitos persequaris:~

Vt per brachia, ita etiam per crura uenas, neruos, & arterias inuenire sectione oportet: ducatur itaq; scalpellus recta per cruris ad magnum digitum pedis; ita ut cutem solam diuidat; carnosam uero membranam unà cũ adipe, neruulis, ac uenis minime attingat; sic dempta cute, inuenienda sunt initia quatuor neruorũ ad crus pertinentium; quod fiet si nerui ex lumborũ uertebris, & sacro osse prodeuntes obseruentur: ubi ãt ad crus quatuor neruos deduxeris, inspicies ramos primi, carnosæ membranæ ab exteriori femoris regione impertitos; inspicies et in anteriori ramum secundi nerui carnosæ membranæ similiter impertitum; simul etiam uenam obseruabis, quæ per interiorem partem cruris una ad pedem cum ramulo ipsius rami progreditur: Tertij uero nerui ramum carnosæ membranæ distributũ inuenies, si inguen diligenter inspectes; sed ut quarti nerui ramum ad carnosam membranam pertinentem reperias, primum musculum femur mouentem ab osse ilium, à sacro, à coccyge usq; ad finem separare oportebit; sic enim et eum ramum, et truncum inuenies, unde deducitur; inquires etiam sine sectione ramum quarti nerui, qui carnosæ membranæ ad imum femur iuxta poplitem distribuitur; tum quarti nerui ramulos per carnosam membranam, una cum uenis ad tibiæ cutem tendentes. Reuersus deinde ad inguina, primi nerui ductum scalpello inquires, sectis musculis, à quibus abditur; id quod ut secũdi, et tertium requiras, similiter facies. Cum tertio autem neruo, ramos uenæ, et arteriæ, qui per foramen in osse pubis egrediuntur, inuenire etiam oportet; uenam uero, et arteriam grandiorem ad femur tendentem deprehendes, sectis paulatim musculis, & ipsorũ ramis obseruatis, qui per femoris os reterquentur, ubi ad poplitem una cum quarto neruo procedunt. Venæ quoq;, arteriæ, et nerui diuisionem

ad poplitem, atq; iter per crus, & pedem inspicies, musculis et ligamētis uarie pręcisis. sed satis de uenis, neruis, et arterijs. proximo libro pergemus ad musculos. ~

FINIS TERTII LIBRI ANATOMES.

VIDI VIDII DE ANATOME LIBER QVARTVS, QVI EST DE MVSCVLIS.

De Musculis in uniuersũ C.P.m

Ossa, cartilagines, ligamenta, nerui, uenæ, arteriæ, quæ hactenus persecuti sumus, quis figuram multiformem præseferant si substantiam tamen, atq; officium spectes, habentur inter partes simplices: musculi, qui nunc nobis propositi sunt, non modò figuram, sed munus etiam, & substantiam habent partium multiformium; neq; possunt inter simplices referri; nisi quatenus concurrunt ad membra componenda. Appellantur autem græce μῦς, & latine musculi, à figura murium, quam abscisis pedibus cæteris dicuntur ob eandem, ratiõe à latinis lacerti; atq; ab aliis pisces, similiter à figura quam referunt; sed fabricata est natura, ut instrumentum sint motus uoluntarij; quicquid enim in corpore nostro ad libitum mouemus, id per musculos agimus, neq; uoluntarium motum sine musculo reperias, sicut nec musculum, qui facultatem non habeat eiusmodi motus, (inde motus dici debeat) qui in palma sub cute sensum, duritiem, et carentiam pilorũ affert: alioquin motus expers: coniungitur cum motu uis sentiendi quæ tractantur, spũs enim, qui à cerebro per neruos fœruntur; ad musculos, ut mouendi, ita quoq; sentiendi facultatem afferunt, ai non propterea dicuntur musculi instrumenta sensus, sed motus; quod illæ aliis chãpribus insit; hic tantum musculis, quo nomine inter instrumenta animalia numerantur. Habet musculus in mouendo unum uectis, extremus musculus extremo uectis respondet, sicut neruus manui; quod enim neruus per se efficere non potest, efficit per musculum, ut manus per uectem, cui mouere se grauiorem molem tentat; id ãt quod à musculis mouetur; plerunq; os est, cui inseruntur ad articulos; mouetur tamen et cartilago, ut in gutture: præterea lingua, labra, cutis in fronte, & facie, q̃ q̃ mouent interdum musculi se ipsos dumtaxat, quemadmodũ qui siti sunt ad anum, et cervicem uesicæ; sed siue aliud, siue seipsos moueant, tunc agunt, cum contrahitur: uersus sua initia; nam distentio, quam in musculis inspicimus, affectus magis est, q̃ actio; ui enim tunc trahuntur, ab oppositis musculis

contractis; quibus sectis, non amplius tenduntur. consistit igitur musculor̄ actio in contractione uersus sua initia; in contractione inq̄ non simplicitr; sed uoluntaria; siquidem à scytre fit contractio pr̄ter uoluntat̄, quæ non est actio musculi. curuantur autem dum contrahuntur mſi, et tensi magis sentiuntur, neq̄ cum secedere in anteriorem partem possunt. cum non cedat, et dura sit, maxima ex parte musculis subijciuntur ossa, et cartilagines, et ideirco continuo curuantur, ac gibbi fiunt, tensiq̄ magis sentiuntur ubi tamen subest mollis, atq̄ mucosa cum, quemadmodum in thorace, sed magis adhuc in uentre, musculi cū contrahuntur, non curuantur, aut gibbi fiunt. aut tensi, sed cani deprehenduntur; et laxi; ergo cum uersus sua initia contrahuntur, & breuiores fiunt. præstant motum uoluntarium, si recti sint. rectum, si obliqui, obliquum, et omnino simplicem; qui tamen orbem obuoluuntur, articulum circumagunt, uelut qui pertinet ad femoris articulum cum coxa: unus itaq̄ musculus unum præstat motum; ubi plures motus sint, ibi et plures musculi. quemadmodum in lingua; membra at flectuntur à musculis intrinsis, porriguntur ab extrinsis, cum contrahuntur: flexus magis secundum naturam est q̄ porrectio; et summa porrectio magis aliena, q̄ summus flexus; ubi at membra suspensa, atq̄ imobilia habentur. tunc musculi oppositi contrahuntur; et cum æquè ualeant, membrum neq̄ flectitur, neq̄ porrigitur; sed in eodem statu continetur; si imbecilli sint nequeunt sustinere membrum, ita ut naturali grauitate deorsum feratur; quod in tremore accidit. Actio hæc, cum scilicet musculi oppositi pariter contrahuntur; et membrum sustinent sublime, q̄ quies appareat, motus appellari debet, dicitur at tonicus, quod in eodē tenore membrum seruet; ex contrario distentio musculor̄, qui ab oppositis trahuntur, licet uideatur motus, debet censeri quies, cum otiosi tunc sint: sed satis de officio musculor̄. Compositio, siue materiam,

siue

sine formam spectes, officio maximè respondet; materia sunt primò partes ipsorũ, deinde substantia, ex qua illæ componuntur; musculorũ partes sunt medium, et extrema; medium à similitudine quã repræsentant, neuter appellatur; extrema sunt initium, et finis, quorũ natura melius explicabitur, si ad substantiam, ex qua constant, accedamus. Est ãt hæc multiplex, tegitur enim membrana musculus à ligamento producta, siue ad initium, siue ad finem ipsius: sub hac continetur nervus, ligamẽtũ, caro, uena, arteria, adeps. Nervus præcipua musculi pars est, per quã obtinẽt uim mouendi; impertitur n. motus uoluntarius à cerebro per nervos instrũmotus, non secus q̃ uis sentiendi instrumentis cuiuslibet sensus. Sed q̃m nervus mollis est, & ideireo non satis firmus, ac stabilis ad mouendum, atq; appræhendendum, adiunxit natura ligamentum, q̃d, cũ nervo mixtũ, mediam quandam materiam efficiat, quæ et firma sit, et motui prædita; ut autem ligamentum, et nervus inter se misceatur cum uena, diinduntur in tenues fibras, sicq; facile inter se miscentur, non tamen æquali portione, sed quilibet musculus nervum longe graciliorem ligamento obtinuit, max.ª n. portio ligamenti est, mediocris nervi, & quibusdam etiam exilis; ita ut uix depræhendi possit. Inseritur nervus uel in superficie, uel in partibus altioribus; plerisq; tamen musculis à principio, quibus dã infra; nõnullis ut septo transuerso iuxtà medium; nullibi tamen ad finem, sicuti inseri uenam, et arteriam uidemus; dici ãt debet musculi caput, nõ unde oritur, sed ubi accipit nervum, per quem suum munus exequitur: ligamentum initio in fibras diducitur; quæ statim ubi nervo occurrunt, cum eius fibris confunduntur; ita ãt confuse diducuntur interse, ac rursus cõeunt ad finem, seu chordam, quæ si transuersa præcidatur, specie lig.ti magis, q̃ nervi refert; neq; enim uelut nervus præcisus, fumis modo ex fibris composita uidetur, sed quasi ligamentum in unum coacta, ut dẽm est in compositione musculorũ, longe minor est huius portio, quàm illius.

Cæterùm fibræ in quas diuidi ligamentum, ac neruum diximus; max.ª ex parte in musculi longitudinem ducuntur, ac rectæ sunt, q.ᵇ alijs contrà latitudinem sequuntur, et transuersæ sunt, alijs etiam obliq.ᵉ siue ascendentes, siue descendentes. Triplex fibrarū genus reperitur in musculis abdominis; nam recti rectis habent, transuersi transuersa, obliquæ siue ascendant, siue descendant, similes; cum simplici msto simplex motus tribuatur; unum quo.ᵈ fibrarū genus tribuitur; per quas suum officium facit; quibusdam tamen uarijs fibris datis sunt ob multiplicem motum. nam qui brachium ad pectus adducit, alias habet supernè deorsum, quasdam infernè sursum uersus extrorsa ductas, quæ prope finem decussantur; ita ut ad figuram literæ X. aliæ alijs insidant. Secundus etiam ex qs qui scapulam mouent, quasdā prorsus supernè deorsum, quasdam infernè sursū peruersas, at lat.ᵉ musculus, qui constat ex carnosa membranā, rectis, transuersis, et obliq.ᵉ continetur quæ duo initia habent, duo et fibrarū genera obtinuerunt, aguntq.ᵉ ac si duplices essent, nam pro fibrarū ductu fit motus: si musculus totus aliàs sit, et caput in medio habeat, uelut septum: transuersa fibræ undequaq.ᵉ ductæ contrahuntur uersus medium: fibris nerueis, ac ligamentosis obducta est caro, quasi fulcrum, ac stabilimentum ne uiolentur; ac ueluti propugnaculum aduersus frigus, et calorem: replet caro et media spacia inter fibras, quæ alioquin in uentre musculi inania essent; sunt qui existiment, à carne obducta fibris non usum dumtaxat, sed ipsum mouendi munus præstari, non secusq.ᵃ misceri officium à sua carne, aut sensū à propria substantia, ut uisum ab humore chrystallino; sed siue nerno, siue carni præcipuè tribuēdum uideatur mouendi munus, referri debet ad totum instrumentum, nempe ad ipsum musculum, qui quatenus contrahitur, motum præstat; at materia, ut quam diximus, ex ligamēto, nerno, et carne, maximè idonea est, quæ contrahatur; q.ᵒ rem si initium

præcidas

123

prædidas, contrahitur uersus finem, si finem uersus principiũ, si utrunq; utrinq; contrahit, & media conglobat. Venæ ãt, et artẽ ŏibus mẽbris imptiũt, et ad alimẽtum, et ad perspiratum: sed quibusdã euidentes, quibusdã obscuræ, inserunt. has natura alijs ad principiũ, alijs ad mediũ, alijs ad finẽ, prout cõmodius fuit, et tutius. Non carent ẽt adipe mlõrũ fibræ ex toto, sed in pingui homine ipsis adiuncta est, illis præsertim qui ad clunes sunt; catenas autẽ confert, quatenus eas illinit, ac madefacit, prohibetq; ne nalido motu inarescant; qui assidue exercentur, hanc absumunt, ita ut nulla appareat. His ita constitutis de musculorũ substã, ad eorũ partes reuertor; initiũ, mediũ, finẽ. Incipiunt musculi ŏes à ligamento, cum quo plerũq; coniungũr nerrus, quisut ante dictum est) non semper initio, sed interdũ infra, interdũ et ad medium musculi inseritur: sed ubicunq; inseratur nervus, initiũ modo simplex est, modo multiplex; modo latum, modo angustũ, modo teres, modo dep̃sũ, modo cum ligamento apparente, modo cum obscuro. At musculi uelter ibi est, ubi assurgit ob carnẽ diuulsis fibris obductam; id quod præcipue accidit medio musculo. interdum in caput in medio est, uelter undiq; ut in septo transuerso. sunt in uentre mlõrũ quorundam partes aliquæ albæ, carnis expertes, id quod usu uenit rectis musculis abdominis, quorũ rectæ fibræ nõ sũt obductæ perpetua carne; sed quibusdam locis albæ deprehenduntur. Finis mli maxima ex parte chorda est, siquidem fibræ, nerui, ac ligamenti in uentre mli inter se distantes ad finem rursus cõeunt, & corpus quoddã efficiũt albũ, sine carne, membrana inuolutũ, mediũ, inter nerũ, et ligamẽtũ; nã neq; ita molle est, neq; sentit ut nervus, neq; ita durũ est, et sẽsu caret ut ligamentũ; longe tñ magis accedit ad nãm ligamẽti. q̃ nerui. Conficit interdũ ex pluribus mlis, chorda una, quemadmodum quæ calcem cõplectit, ex mlis sitis i posteriori parte cruris, interdum idem mlus in multas chordas desinit, ut qui digitos mouet. Differunt chordæ inter se magnitudine, cum aliæ crassæ sint, aliq; ita paruæ, ut sensum lateant; cum aliæ item longæ sint, ut illæ quæ

ab externe capite femoris ad genu perueniunt, aliæ breues ut in musculis mouentibus radiũ pronum et supinũ, latitudine, cũ aliæ latæ sunt, & membranam repræsentant, in qua diuulsæ fibræ se ostendunt, aliæ ãgustiores sunt, & teretes. Differũt, et q̃litate, quod aliæ duræ sunt, et frè cartilaginosæ, aliæ molliores. Differunt etiã situ q̃bus plerãq̃ sitæ sunt ad finem musculi, aliquæ tamen ad medium se ostendunt, sicut in musculis temporũ. Differunt tandem et partibus, in quas inseruntur; illigantur maxima ex parte ad ossa, quæ in articulis subiecta sunt, & propriè ad ipsorũ capita cartilagine illita, & frè ad eũ usum institutæ uidentur, ne caro, quæ mollis est, durum os attingat, & ut parue ossi magnus ~~articulus~~ musculus illigari possit. præterea ut locus medius leuior sit, neq̃ carnis mole obruatur: sed q̃bus ut dictum est, maxima ex parte ossibus inseruntur. inseruntur tamen nonnullæ et aliis partibus ut cartilagini ad guttur, oculo, illi tamen musculi chorda carent, qui ad linguam, colem, cerui cem uesicæ, anum testes pertinent. et aliqui etiam ex illis, qui in gutture sunt. Hactenus de materia, ex qua musculi constituũt, ueniũ ad formam

Continetur forma figura, superficie, meatibus, magnitudine, numero, situ ad quæ iam pergimus. Figura q̃bus murem, uel lacertum, aut pisciculum repræsentet, unde nomen musculos inuenisse diximus. in nullo tamen exquisite talis est. præterq̃ in ~~illis~~ iis qui pollicem, et minimum digitum ab aliis separãt. nam in plerisq̃ non ex toto in eiusmodi articulis figuram musculi repsentat, in quibusdam longe diuersa conspicitur, partim pro munere, hoc est pro parte, ad quam effingendam a natura effinguntur, partim pro loco ubi collocantur, ne aliarũ partium situm impediant. septum transuersũ totũdum est, et frè piscem raiam repræsentat, quòd tale à situ, et mouẽdis partibus maxime requiratur: musculus latus, per quem buccas à latere, ore etiam clauso, reducimus; planus apparet, et carnosa quadã

membrana

membrana uidetur magis, q̃ musculus, miscetur enim cum cute substantia musculi, ita ut separari non possit, id quod & in fronte, planta, palma cuenit; musculi qui inter costas, sunt figuram habent costis similem, intrinsecus cauam, extrinsecus gibbam; sunt et nonnulli quinq̃ laterum, ueluti secundus mouens brachium, et secundus ex mouentibus thoracem; alij quadrati ut tertius, qui scapulam, et primus qui radium mouet; ille qui anum, & ille qui uesicæ ceruicem claudit, annuli figuram repræsentat, efficit uaria figuram musculorũ initium, quod interdum simplex est, interdum multiplex; et finis, quem similiter uarium proposuimus, ubi de chorda egimus. pleriq̃ at musculi solidi sunt, sine foraminibus; aliqui tamen perforati, ut septum transuersum, per quod & gula transit, et uena cana, et art: magna; tum musculus ani, & uesicæ, qui anulum repræsentat. ille item qui à prima thoracis costa ad ceruicis uertebras pertinet, per quem uena, et art: ad brachium permeat: adde et eos qui inter costas sunt, per quos uenæ, nerui, & arteriæ transeunt ad musculos thoraci insidentes; pone etiam in pforatis possunt musculi, qui chordas exigunt flectentes secundos articulos digitorũ, eiusmodi enim chordæ longius foramen habent, per quod egrediuntur aliæ ad tertia ossa digitorũ pertinentes. Magnitudo non minus uaria est q̃ figura, siue latitudinem, siue longitudinem, siue crassitudinẽ spectes; quidam n. grandes sũt, quidam parui; maximus omnium est quintus, qui femur mouet, in longitudinem eius pregrediens; ille item magnus est, qui ex femur similiter mouentibus, primus numerat; tum septimus, et octauus mouens cœus, et quartus inter pedem mouentes: minimi sunt qui in gutture ad basim tertiæ cartilaginis siti sunt; illi item qui primam cartilaginem gutturis iungunt cum secunda; reliqui eos medij sũt inter maximos & minimos: respondet ubiq̃ magnitudo musculorũ magnitudini partium, quæ moueri debent. Humerus maioribus musculis mouetur, q̃ cubitus, & femur q̃ humerus: respondet et dignitati motus, quo fit ut oppositi

musculi eiusdem membri non semper æquales sunt magnitudinis, sed illi ma-
iores, quor̃ motus maior est, et magis necessarius. Numerũ musculor̃ per-
sequemur, cum sigillatim ad unamquamq; partem accedemus; in uniuer-
sum ãt Auicenna tradit, quingentos, et uiginti musculos in toto corpore
nostro reperiri. Inter ueteres, auctores, qui Anatomen professi sunt, non
conuenit de numero musculor̃ singularũ partiũ; et idcirco ẽt totius cor-
poris; neq; inirem, nam seu capita, seu fines, seu uentres, seu fibras, seu nu-
mus tandem ipsor̃ intuearis, unus musculus, ut plures, uel plures, ut unus
numerandi uidebuntur. Incipit idem musculus à pluribus capitibus, ex
multis ossium processibus, unde multi putarunt uideri, quis uentre, chor-
da, numus, genus fibrarũ simplex sit, finis eiusdem musculi nõ sẽp
unus est, sed multiplex, ita ut plures chordas exigat; quã non solũ in
diuersas partes, sed etiam in contrarias, ut in dextram, sinistrã, priorẽ,
posteriorem, superiorem, inferiorem feruntur; ad quas si respexeris, iu-
dicabis unum quasi multos; ex contrario ubi duo unam, et eandem
chordam exigant, ut qui in manu uersus pollicem inserunt, quasi unũ
censebis illã uero qui chordas ad quatuor digitor̃ articulos transfert
non simplex sed quadruplex existimabitur. Eadem ratio est uentris,
cum idem musculus interdum uarios uentres repræsentet, quẽadmodũ
recti abdominis, ita ut qui simplex est, uideatur multiplex; ẽx con-
trario multiplex ubi uentrem simul iunctum habeat, simplex appare-
bit, uelut duo illi, qui à summo osse pectoris nati desinunt in os ỹoides.
Fibræ cum interdum alio modo procedant, in eodem musculo, multipli-
cem ipsum esse demonstrant; quod illi euenit, qui brachium ad pectus
adducit, in quo fibrarũ ductus diuersus deprehenditur. At si innus
attendas, cum eidem motui plures musculi interdum inseruiant, ut
unus iudicandi uidebuntur. ẽx contrario etiam simplex musculus
multiplex iudicabitur, ubi uarias fibras habeat, et si non diuersum

motum.

motum, certe eundem diuerso modo præstet, quamobrem nihil mirum est, si Anatomes professores de musculorũ numero inter se dissentiunt: sed non multum interesset, si simplex, ut multiplex, aut multiplex ut simplex numeretur, modo nihil prætermittatur ex ijs, quæ ad substantiã, formam, munus ipsorũ pertinet, siquis tamen sequi rei naturam se existimans uelit, ad actionem, ac mouendi munus in musculis numerandis animum intendere, atq; Aristotelem imitari, qui partes multiformes, actionibus inter se distare noluit, non secusq; simplices, affectibus, & qualitatibus quibusdam; ita ut multiformes diuersæ dig debeant, [tur] diuersum officium faciunt; musculos diuersos existimabit, qui diuersum motum præstant: sed cum ad eundem, ut ante ostensũ est, plures interdum concurrant, præceptio Aristotelis de indicandis diuersis partibus multiformibus, ex diuersa actione, ad mꝰos minime accommodatur; neq; mirum, quandoquidem musculi sunt instrumenta imperfecta, et in compositione membrorũ quæ instrumenta perfecta sunt, uim habent materiæ, & partium simplicium differunt instrumenta muneribus, ut pedes à manibus; quòd hæ ad prehendendum, illi ad ambulandum destinentur; musculi, cum sint instrumenta imperfecta, ad eundem motum plures aliquando necessarij sunt; ut quod unus per se non potest, alterius auxilio perficiatur: nulla igitur ratio, nulla uia satis firma uidetur, ad musculorũ numerum statuendum, nisi multa simul spectemus; quemadmodum Hippocrates, qui cum salutem, aut interitum prædicimus, non unum duntaxat indicium, sed complura conferri uoluit; ex quorũ collatione id quod futurum est colligatur; quemadmodum et Galenus, qui cum crisis non uno die, sed pluribus efficitur inquirens cui illorũ maximè tribuenda sit, plura intuetur; ut eandem accessionis
~~eadem~~ accessionis, principium et finem ipsius, illi enim diei crisim tribuit, in quo plura ex prædictis concurrunt. Nos igitur in discernendo numero

musculos, non motum duntaxat intuebimur, sed initium, finem, seu uentrem, ac fibrarum ductum: quibus omnibus perspectis, cum unum censebimus musculum, in quo plura ex ijs concurrent unum reddentia: contra plures existimabimus eos, in quibus plura cernimus non unum, sed multos præstituta hac de numero; longius fortasse à par. sint. Restat situs, qui sine initium, sine finem, sine ductum inspicias, ille est, qui maxime ad munus exequendum, & ad aliarum partium positionem pertinere uidetur, atq; ideireo uarius: oriuntur aliqui musculi ab osse, sicut illi qui mouent femur, & crus; aliqui à cartilagine: ut illi qui mouent guttur; alij à membrana aliqua dura, ut musculi oculorum, ani, cervicis uesicæ; aliqui à membranis inuoluentibus chordas musculorum, ut illi qui quatuor digitos manus uersus pollicem adducunt, alij à ligamentis, ut illi qui flectit primum articulum pollicis in manu, et mouent digitos pedis in partem exteriorem; alij ab aliquo musculo, ut a co qui ad anum, ille qui amplectitur cervicem uesicæ; alij à nulla parte initium sumere uidentur; uelut musculi lati, seu membranæ musculosæ in facie. Differunt et in modo nascendi: nam aliqui à pluribus ossibus nascuntur, ut primus qui mouet thoracem, primus qui uentrem; primus qui brachium; reliqui ferè omnes ab uno solo, siue à processu, siue ab alia parte ipsius. Finiuntur nisi non semper ad extremum ossis cui alligantur, sed interdum ad medium, uelut duo illi qui radium pronum, & supinum mouent. Inseruit autem alij in cartilaginem, sicuti musculi gutturis, palpebrarum, nasi; alij in cutem, ut qui ad labia; alij in membranam, ut qui in oculis; alij in alias partes, ut qui ad colem; anum, cervicem uesicæ, aliqui præterea in simplici fine, alij in duplici, alij in multiplici: omnes at ad eas partes intendunt, ad quas diriguntur eorum fibræ. At uentres non semper in medio est; sed interdum ad extrema: cæteris partibus superiacent musculi ossibus. In temporibus subiecti sunt; ubi sinum insculptum habent, non secus qui in oculis;

alij

alij siti sunt in superficie, ueluti qui ex carnosa membrana constituuntur, alij penitus abditi sunt, ut qui in poplite latitat, et qui iuxta foramen ossium pubis feruntur, atque illi etiam qui sub gula conduntur. situm tandem rectum, obliquum, aut transuersum obtinent musculi prout expeditius fuit, et ad munus, et ad tutelam, atque aliarum partium positionem. Hactenus de musculis in uniuersum; perpendamus nunc sigillatim eos, quibus singulæ partes continentur.

musculis faciei … C II

Sumemus initium à facie, et musculis qui in ipsa uersantur, siue ad frontem, palpebras, oculum, nasum, genas, labra pertineant, siue ad maxillam. in fronte igitur à ueteribus describitur unus musculus, qui non aliud est quam membrana carnosis fibris aucta, quæ à fine capillorum superne descendunt ad internos angulos oculorum lunata figura crassiores autem in medio sunt, in extremo tenuiores; huius musculi officium est supercilia attollere; et eatenus ad oculorum apertionem conferre. Recentiores non unum musculum, sed duos esse affirmant utrinque unum, qui media fronte inter se iunguntur. hoc uel ex eo comprobant, quod si unus transuersus præcidatur, decidit supercilium ab eo latere, neque potest amplius aperiri; quod argumentum non satis firmum est, nam etsi unus tantum sit, adeo magnus, ut ad utrunque latus pertineat præcisis fibris ab ea parte. læditur tantum motus supercilij illius lateris, sed siue simplex, siue duplex sit. constat ex membrana, fibris (ut diximus) carnosis aucta, à fine capillorum ad supercilia, et angulum oculi internum, in lunatam figuram tendentibus: adeo autem cum superiecta cute illigatur, ut separari uix possit, existimeturque à non nullis cutis ipsa musculosa; quod tamen aliter habet, nam substantia musculi non ad cutem, sed ad membranam pertinet, neque cum cute confusa est, ut in labro; sed tantum ualide illigata, nulla, aut exigua admodum adipe interiecta; quod alijs partibus non accidit, in quibus cutis ob intercedentem adipem, facile à subiecta membrana separatur

I A

Habent etiam palpebræ suos musculos, qui terni in utraq; numerantur: bini ab inferiori palpebra utriq; oriuntur: b unus per internum angulum procedit, & aliquid accipit etiam à supercilio sui lateris, inde conuertit' uersus palpebram superiorem, ad cuius medium desinit, & latori fine inseritur à sue latere in cartilaginem ad oculi tarsum: c alter per angulum extremum fertur ad superiorem palpebram, in cuius medio comungit' cũ prius dicto, ita ut propter fibrarũ similitudinem unus et idem uideatur: insertq; similiter in cartilaginem ad finem palpebræ huius: deorsũ trahitur palpebra tota ob cartilaginem cui nectuntur: seq; diuidit oculus, q̃ q̃ ille qui per internum angulum oculi fertur, non modo deorsũ, sed simul & uersus supercilium, unde aliquid motum sumit trahere palpebrã uidetur: d tertius musculus, qui continet palpebram diximus, oritur à membrana carnosa iuxta musculum frontis, finitq; in palpebra superiore, neq; oculũ attingit, cuius officium est simul cum musculo frontis, ac supercilij palpebram attollere, atq; ideirco oculum aperire.

Oculor' musculi * ab alijs quinq;, ab alijs septim ponuntur: constat at oculum & recto motu moueri sursum, deorsum, atq; in latera, et circumuolui, id qd ad uidendi facilitatem necessarium fuit qui septem musculos ponunt, q̃tuor recto motu præesse arbitrantur, orti à nerue secundi paris, et à superiori, inferiori, dextra, et sinistra parte duræ membranæ inuoluentis nerũ, p̃ quem fertur uidendi facultas, tum ad corneam tunicam oculi iuxta uidẽ recta linea inseruntur: hi contracti uersus suum initium, oculum adducũt, & ita rectum motum præstant: circumduci uero oculum aiunt à duobus alijs musculis: quorũ alter à nerue secundi paris neruor' cerebri, et dura membrana oritur è regione minoris anguli, & in humiliorem oculi sedem iuxta ividem, in duram membranam inseritur, alter à nerue secundi paris, et dura membrana simuliter nascitur; è regione maioris anguli, & in duram tunicam à superiori oculi parte, nerueso, ac tenui fere obliq;,

inserit

b. t.i c. t.xv. fi. xv c.

c. t.i d. t.xv. fi. xxc.

d t.xv. fi. xxb

* fi. viii t. iii. fi. i. & xviii.

inseritur. Conferunt hi duo musculi non modo ad circum ducendũ oculum, sed etiam ad mouendum sursum, & deorsũ. Ex fine horũ sex musculorũ conficitur tunica, quæ oculum à posteriori parte obuoluit, inter corneam, siue duram tunicam, et eam quæ album oculi constituit. Figura omnium sex musculorũ simul conum repræsentat; cuius apex ad initium est in longitudinẽ nerui præbentis facultatem uidendi; sed basis quà inseruntur ad corneã. Ponunt præterea septimum musculum, qui per se coni figuram repřẽtat, quam ab alijs sex simul repræsentari diximus; cuius apex ad neruũ simt pertinet ut basis ad corneam. oritur hic ab eodem initio, sed paulo anteri⁹ q̃ sex priores, & magis propè oculum ipsum; estq; totus carnosus; ambit at neruum, per quem uidendi facultas fertur, inde paulatim latescit, dũ posteriorem oculi partem attingat, cui in orbem inseritur. intricata àt multa adeps est, inter ipsum, et priores sex, quibus subijcitur; tum inter eũdem, et neruum, cui inhæret. uerùm q̃uis unus numeretur à quibusdam, in duos uel tres diuiditur; existimant aliqui eius officium eße retinere oculum in sua sede, id quod abundè præstant alij sex, et commodius, cũ ad os propius accedant, et membranæ ipsum obuoluenti pluribus fibris illigentur. quamobrem magis hic uidetur ad reliquos motus conferre, q̃ten⁹ has, uel illas fibras tendit, aut laxat, prætereaq; quod regit, ac munit neruum, quem amplectitur. Cæterũ qui in oculo quinq; dumtaxat m̃los numerant; septimum qui sub alijs neruum amplectitur, tantùm in belluis inueniri aiũt, quæ prona terram spectant, & ideò egent hoc musculo, ne permittat oculum elabi; humanis àt oculis nullus talis musculus se ostendit, duo ẽt obliqui, quos diximus oculum circumagere, nullos esse in oculo asserũt; at neq; nĩos etiam arbitrantur cum satis(iquunt) circumagatur oculus ab alijs musculis, uicißim contractis, nam dum ab alijs in alias partes distrahitur, simul ẽt circumuoluitur. Ex quinq; àt musculis quos in oculo numerãt, quatuor oriri aiunt à dura membrana obuoluente neruum, unum à superiori

ri xxii H·
ii.

parte, alterum ab inferiori, tertium, & quartum à lateribus; finiriq; ad iridem; ubi tunicam efficiunt, quæ posteriorem oculi partem amplectitur ab his cum uersus sua initia contrahuntur; tradunt oculum rectis motibus mouere sursum, deorsum, in latera, cum [illegible] statim post autem su- [illegible] omnes mouentur oculum circumagi. Quintum oriri aiunt a carnosa membrana, et inseri in partem oculi inferiorem, ita ut oculum sursum contrahat. Difficile [illegible] iudicium interponere, illud constat, in homine septimum illum musculum neruo obuolutū non reperiri: sex alij aperte depræhenduntur, sed prout uarie secantur, ita plures, uarie, aut pauciores recensentur

f ridtiie **M**ouentur extremæ nares à quatuor musculis: nascuntur duo priores à p.[10] nasi apud angulum internum oculi utrinq; unus. descenduntq; donec in cartilaginem sui lateris inserantur adeò at euidentes sunt; ut mirum sit g rih tna quo pacto à quibusdam non fuerint aduersi. Reliqui duo nascunt à gena utrinq; unus, qui in externam foraminis partem à suo latere inserũtur. omnes at quatuor aperiunt foramina nasi, sed priores cum uersus suum contrahuntur initium, ea etiam attollunt. clauduntur foramina nasi à labro superiori, quod patet, quia si hoc habeatur immobile, illa manet aperta, neq; necessarij sunt alij musculi, à quibus claudantur; nam duo qui à non nullis ponuntur ad extrema foraminũ, non sunt uere musculi, ut nonnulli existimant, neq; partes illorũ musculorũ qui ad labra feruntur; sed magis portio membranæ carnosæ.

h t i r **B**uccæ etiam quatuor musculis mouentur; priores duo, utrinq; scilicet unus ualde lati sunt, tenues, ac neruosi: incipiunt at non prope processus illos, qui in osse temporũ, mammillarũ capita repræsentãt (ut nonnulli uolũt) nam ibi nondum conuersus est musculus in membranã carnosam, sed magis uersus partem anteriorem ad maxillæ angulum, dein ad scapulas descendunt, & per iugulum transeunt ad os pectoris, et ibi inter se per membranam

branam carnosam iunguntur per guttur ascendentes usq; ad labrum su
perius, inde transuersi per mediam faciem redeunt ad maxillæ angulu,
unde oriri diximus: in quibusdam etiam adeò ascendunt, ut aure mone-
ant. vterq; quatuor habet latera, unum transuersum à principio supe-
rioris labri ad angulum in maxillæ uersus aurem; alterum ab hoc angulo
ad summum humerum. Tertium à summo humero ad os pectoris ſm
supra, partim infra iugulum progreditur. Quartum ab osse pectoris ten-
dens dit ad mentum; quod interius latus cum interno latere musculi
commungitur: intercedente tamen membrana carnosa, ita ut euidenter
distinguantur; hic igitur est ductus priorũ duorũ musculorũ, qui non
ab osse oriuntur, sed à membrana carnosa, quæ quòd fibræ carne ob-
ducantur, quòdq; in eam inserantur rami neruorũ prodeuntes ex
musculis subiectis, in musculos degenerat; sequuntur hi ductum
fibrarũ, quæ à principio ossis pectoris usq; ad medium iugulum recte
ferè ascendunt, inde usq; ad summum humeri obliq; sursum ferũtur;
præsertim cum ad ipsum ascendunt; euidenter autem se ostendunt hæ
fibræ tam in ceruice, q; sub mento, & propè aures, sed cum pertinent ad
labrum inferius, ita inter se miscentur; ut nullo modo distingui possint.
Nunus propositorũ musculorũ, & aperire inferius labrum, adducereq; ad
latera una cum superiori, conferreq; ad motum earũ partium faciei, quas
non mouent musculi frontis, nasi, aut palpebrarũ; sed præcipuum eorũ
officium uidetur maxillam aperire. Alij duo qui buccas mouent, nascũt
à malis supra gingiuarũ radices. utrumq; unus, quarũ ductum seqntur
suo initio: deinde per buccas feruntur ad maxillam similiter propè radicẽ
gingiuarũ: sunt autem nerueosi intexti multis, ac uarijs fibris carne obduc-
tis, occupantq; eam buccarũ partem, quam inflamus; quaiuè in ore te-
gitur membrana tenuissima, adeò inhærente, ut nullo pacto distingui
queat. hanc partem hi musculi dimouent uersus sua initia: cæteri

IMTVE

tota faciei cutis, genis exceptis, præter musculos prædictos innectitur membranæ carnosæ, quæ in musculum conuertitur, & ad eius motum confert. In genis quibus hæc non uertitur in musculum, cutis partim sequitur motum partis inferioris, partim superioris. Accipiunt hi buccarij musculi utrinq; duos nerues quorum unus exiens per foramen maxillæ diuiditur in labrum superius, alter exit ex concauo oculi, & ad genas progreditur. Continentur & labia quatuor musculis, qui primoq; ad ea pertinent, euidenter distincti se ostendunt, sed postea ita confunduntur, ut discerni nequeant: admodum enim confusa est tota substantia labiorum. Cingit membrana carnosa,

R. T. H. et musculis, & carne quadam laxiore. collocantur hi R quatuor musculi à lateribus. duo ad superius labrum, totidem ad inferius: nascuntur superiores utrinq; a uxus gena carnoso initio, descendunt q; aliquantisper obliq; uersus partem priorem; dum utriq; inseratur in principium labri à suo latere. Reliqui duo, qui ad inferius labrum pertinent, aliquanto breuiores sunt, sed latiores: nascuntur utrinq; unus ab inferiori parte maxillæ, inde obliq; ascendunt uersus priorem partem; ac lato fine à suo latere inseruntur usq; ad medium labij, omnium quatuor fibræ apparent initio diductæ, deinde ita intrò coëunt, ut cum ad labrum pertinent, aliæ super alias excedat, ualdeq; intrò se & cum labiorum cute misceantur. Efficiunt hi musculi sex diuersos motus in utroq; labio, duos rectos, quatuor obliquos. Rectos quidem, cùm extrema mus, cum os claudimus, aut cum per externas fibras foras, aut per internas intrò labia compellimus. sed obliq; motus quatuor in utroq; latere fiunt, uno musculo agente, & altero consentiente; nam si dexter agit, et sinister consentit, attollitur pars dextra labri obliq; sinistra uerò pendet. Ex contrario si agat sinister; sed præter hos, superiori labro ut ualidius moueatur, ab utroq; latere inseritur unum caput illius musculi, quem diximus à gena ferri ad foramen nasi, et ipsum simul attollere, atq; aperire.

Maxilla mouetur; cum malæ immobiles manent; motus in ea triplex ap-

pauet,

paret, unus superne, alter inferne; tertius cum circumagitur; hos motus utrinq. præstat quatuor musculi; qui cum ad mandendum oẽs cõducãt, μασσητῆρες à græcis nominantur: q. q. proprie μασσητῆρες dicuntur duo primi, utrinq. unus; qui in latera ipsam mouent, ac circumagũt; ad quos primùm accedimus. oritur ergo utrinq. neruoso, ualido, atq. amplo initio

Δ t μασσητὴς musculus à gena iuxta suturam, qua maximum malarũ os dentes continens committitur cum eo quod externũ oculi angulum, & partem ossis iugalis priorem constituit: pertinet hoc initiũ usq. ad aurem, aliquid etiam assumens in itinere ab inferiori parte ossis iugalis: facile at depræhenditur; si pollicem inter auris radicem, et maxillam admoueas; medium uerò digitum ad buccam; in interiorem partem oris ipsã impellens; comperies enim sic externam superficiem massiteris; quam tactu etiam dignosces, si clauso ore ipsum pollice, atq. indice ualide comprimas; tunc enim durum sentietur; primum initium huius musculi neruosum est, & id ẽt quod assumit ab interiori parte ossis iugalis; nam quod situm est exteriori parte eiusdem, magis carnosum est, ut reliquus musculus, qui deorsum uergit, dum maxillæ posteriorem partem inferne amplectatur, in quam fine partim neruoso, partim carnoso ualide inserit, ubi quædam tubercula sunt inæqualia: redditur in fine angustior, ita ut quasi triangulus uideatur, cuius basis ad longitudinem ossis iugalis sita sit, ex lateribus uero unum à gena pertineat, ad imæ maxillæ inæqualitatem: alterum ab aure ad eandem maxillæ inæqualitatem pertineat: hic autem angulus, quem duo latera constituunt, adeò obtusus est, ut quasi quartum latus paruum eiusdem musculi uideat, quo fibræ terminatur, atq. in unum iunguntur, quæ à basi incipiunt, inter se diductæ, et recta ad hunc angulum progrediuntur. secundus musculus, quod p

riiii. r. os tẽporis procedat, κροταφίτης græce nominatur: oritur at ab osse uerticis, frontis, & tempor̃ sui lateris, initio lato semicirculi spẽm referente paulò

supra commiſſuram temporũ. Deſcendens ãt craſſior efficitur, carnoſus, crãi: gustus, præcipuè cum peruenit ad os iugale. implet in eamum, quod ſubipſo continetur, et à ſuperiore eius parte initium aliquod aſſumit, inde cum maſ: sitere adeo iungitur, ut ambo unum efficere uideantur. Inuoluitur hic membrana adeò craſſa, ut liuidus appareat. deſcendens deinde inter cõ= miſſuras oſſium capitis. et malarũ, finitur tandem in brenem chordam, ualidam, nerueſam, et adeò latam, ut proceſſum acutum maxillæ, in quẽ ualidiſſimè inſeritur, totum amplectatur. Finiuntur in hanc chordã fibræ ipſius omnes in unum conuenientes. Huius muſculi officium eſt maxillam claudere, quod q̃ ualidè efficiat, illi oſtendunt, qui grauia pondera dẽtib⁹ gestant. Tertius muſculus maxillam mouens in ore abditur, ſumit ãt initium à cauo, quod apparet in proceſſu oſsis ſphenoidis, alã refrente, ex quo cauo cum exit, magnus fit, carnoſus, craſſus, eius propè figuræ quã in maſsitere deſcripſimus. inſeritur uero lato fine in poſteriorem partẽ maxillæ, uerſus interiorem, ubi minus lata eſt, & ſinum habet, in quo recipitur. Munus huius muſculi eſt. unà cum duobus prioribus maxillã claudere, ſed maſsiteres cum contineãtur mutis, & prioribus, et poſterio: ribus, cum prioribus agunt maxillam in priorem partem, cũ poſterio: ribus in ~~priorem~~ poſteriorem, ita ut mandendo cibo inſeruiãt, quo ſpec: tant aliquo modo, et crotaphitæ cum has, uel illas fibras contrahunt, aut laxant. Præterea maſsiteres ope eorũ, qui abditi ſunt in ore, maxillã compellunt ad latera: nam ubi maſsiter à latere dextro contrahatur, & qui abditur in ore à ſiniſtro, torquetur maxilla ad dextram, ſicut ex contrario ad ſiniſtram. Supereſt quartus maxillæ muſculus, qui utrinq̃ naſcitur à ſti loide proceſſu oſsis temporũ, neruoſo, ac latiore initio, ſed ſtatim carnoſus, ac tenuis efficitur ad mentum progrediens, ſub qũ inſeritur iunctus cum muſculo alterius lateris, qua parte ima ma: xilla aſpera eſt, et paruis tuberculis inæqualis. Munus eius eſt apire/

os.

n. t v t vi. d

o t v. h. i. t. im. o t vi. i.

os. Habet autem, non secusq; ille, qui inseritur in oshyoides, hoc proprium, quod inter principium, & finem neruosus efficitur, ac tenuis, ita ut duplex esse uideat; id quod natura molita est, ut minus spacij occuparet in ceruice: hæc de musculis faciei

Musculis ossis hyoidis, linguæ, gutturis C.III. — Oshyoides, quod supra guttur collocatum esse diximus, cum de ossibus agerem, quatuor utrinq; musculis mouetur: [a] Primus, qui ualidus est, oritur lato, & carnoso initio à superiori parte ossis temporis, uersus interiorem; ascéditq; supra asperam arteriam, & primam cartilaginem gutturis; eandem ubiq; magnitudinem referens, dum inseratur in partem anteriorem ossishyoidis, quam mediam carnoso fine complectitur. Iungitur autem in itinere cũ coniuge musculo alterius lateris, linea in longitudinem ducta: distinguitur uterq; inter asperam arteriam, & guttur, quadam nota, ita ut duplex uideatur, quis re uera simplex sit; fuit aũt à natura institutus, ut oshyoides deorsum traheret, & non nihil uersus exteriora, id quod obscure facit, & tũc præsertim cum oshyoides nimis sursum attrahitur à superioribus mũlis præterq; quod & primam cartilaginem gutturis, et asperam arteriam tegit, ac munit. [b] Secundus musculus utrinq; è regione primi supernè collocatur; nascitur enim à maxilla sub mento, descendensq; angustior redditur, dum ossihyoidi à parte anteriori iuxta primum alligetur, attollit autem sursum oshyoides aliquantò uersus exteriora. [c] Tertius musculus tenuis, & rotundus utrinq; nascitur à processu stiloide ossis temporis paulò infra quartum musculum maxillæ; finiturq; iuxta primos duos in ossehyoide; ubi ipsius processus, & quasi latera cum medio osse iũgunt, effixit hunc natura ut rectum seruaret oshyoides, ne conuerteret in lat' & unà aliquantisper attolleret, traheretq; in partem posteriorẽ. [d] Quartus musculus longior est, & tenuior, in medio neruosus, non secusq; maxillæ. sumit aũt utrinq; initiũ carnosũ à sublimiori parte ossis scapulæ, & propriè ad eius ceruicẽ, atq; ad radicẽ ossis anchiroidis; abditurq; sub secundo

Margin notes: a. ta. F. IIII. C. I. ... 5 — b. I. V. N. Q. — c. ... F. I. IIII. R. — d. I. V. A. G. I. IIII. ... IIII. D. I. II. R.

musculo scapulæ, tum obliquè ascendit sub primum musculum capitis à quo adeo comprimitur, ut magis nerueus reddatur, ac tenuis; sed statim ubi ex eo excedit, carnosus iterùm euadit dum ad oshyoides perueniat, & in illâ ipsius partem inseratur, in quâ inseri tertium musculum diximus. Venit ad oshyoides, præter quatuor musculos, quibus ab utroq; latere mouetur, duo alij utrinq; pertinent, qui ad guttur, quod mouent, magis referri debent, q̃ ad ipsum. Nascitur unus utrinq; ab ima parte ossis hyoides, & per latera primæ cartilaginis gutturis rectâ procedit ad humiliorem partem eius, in quâ sua latitudine inseritur: Alter similiter utrinq; fere rotundus, tenuis, atq; omnino carnosus, nascitur à media parte interna ossis hyoidis, inseritur q̃ ad radicem epiglottidis: sed agemus de horum munere, & unà de reliquis mitis gutturis, si prius eos, qui ad linguam pertinent, exposuerimus, quorum nonnulli ab ossehyoide oriuntur.

e. t xvi. fi. p^e & iii K F

f t xvi fi ii & iii K

Lingua multiplices, ac uarios motus obtinet, partim à fibris, quibus uarijs tota distinguitur, partim à quinq; musculis, quos ab utroq; latere habet. Horum primus crassus est, ac rectus, oritur autem à medio sublimioris partis ossis hyoidis, initio aliquantulum carnoso, & laxo, deinde ulterius procedens finitur ad radicem linguæ, ut ipsam contrahens colligat uersus partem interiorem. Secundus nascitur à lateribus ossis hyoidis, ad processum styloidem ossis temporum pertinente: sed interdum non à superiori, sed ab inferiori, (latere) id quod præcipuè accidit, cum superius cartilaginis, aut ligamenti naturam refert, quemadmodum sæpe in fœtibus uidemus. Ab utrouis latere nascatur, progreditur aliquatenus transuersus, deinde utrinq; inseritur in latus linguæ: contrahit at linguam uersus partem interiorem, & aliquantisper in inferiora; cum utrq; agit; at ubi unus agit, alter consentit, trahitur lingua ad latus agentis. Tertius similiter carnosus, & quodammodo crassus nascitur à processu styloide, ossis temporum, et ad radicem linguæ terminatur, ubi desinit secundus.

g. t xv fi. xxvi D D

h. t xv. fi. xxiiii xxv. E

i. t. xv. fi. xxiiii E

cum

cum utrinq; hic musculus contrahitur, linguam adducit intrò uersus partē
superiorem; at ubi unius lateris dumtaxat musculus contrahatur, lingua
simíliter sursum attrahit, sed ab uno latere dumtaxat; k quartus incipit
ab interna parte lateris maxillæ iuxta radicem dentium molarium, lato
initio, & aliquantisper neruoso; inseritur q; sub lingua à latere, fine adeo
lato, ut pertineat à ligamento linguæ ad eam partem, ubi duo primi
finiúntur: demittit hic cum agit, eam linguæ partem, quæ aperto ore se
ostendit, ab uno latere, uel ab utroq;, prout ab uno, uel ab utroq; agitur.
l. Quintus oritur ab ima maxilla sub mento, ubi ossa inæqualitatem illa
faciunt; inde aliquantisper ascendens uersus fauces, fertur, dum lato fi-
ne in linguæ radicem inseratur; promit autem hic linguam ab utroq;
latere; quis non duplex, sed simplex à non nullis existimetur; qui putat
ab eo comprimi linguam, siue rectà, siue à lateribus; pro fibris agentibus.

Guttur, quod præcipuum uocis instrumentum est, dilatatur, astringitur, ap-
itur, clauditur; quos motus præstant niginti musculi, duodecim proprij,
octo communes: communes illi appellantur, qui ab alia parte orti, ut
ab osse thoracis, ab ossehyoide, à gula, gutturi illigantur: proprij uerò
qui non ab alia parte oriuntur, sed ab una ex trib° cartilaginibus,
quibus guttur continetur, ad aliam feruntur. Communes sunt octo, quor;
in os occipitij, conferunt autem ad attollendum caput. Quintus carnosus est, longus, rotundus, nascaturq; ab osse occipitij, apud extremū latus quarti, & obliq; descendit, dum inseratur in extremos processus latero/ primæ uertebræ cernicis. Sextus eiusdem figuræ est, cuius proximè positus, sed oritur à spina secundæ uertebræ cernicis, & obliq; paulum ascendens illigatur processibus lateru/ primæ uertebræ cernicis. Ex tertio autem, quinto, & sexto musculo triangulus utring; repræsentatur, cuius primus angulus est in medio occipitio, alter apud processum posteriorem secundæ uertebræ, tertius iuxta triangulum alterius lateris: habet nim quintus, & sextus musculus circumuertendi primam uertebram cernicis supra secundam, & ideirco etiam caput; sed eum tantum agunt, qui à dextro latere sunt, uertunt primam uertebram cernicis retrorsum ad sinistrum; qui à sinistro, ad dextrum. À sex igitur propositis musculis mouetur caput in partem posteriorem, supereſt septimus qui ipsum mouet in priorem; nascitur at à medio, & sublimiori parte ossis pectoris, & à iugulo: ab utroq; principio profect⁹ efficitur aliquanto crassior, q; latior, & fine carnoso, crassoq; inseritur in processum illum ossis temporis, qui mammillæ capitulum repræsentat, quem totum complectitur. Siue præterea licet, inter illud initiū, quod ab osse pectoris, & illud quod à iugulo sumit septimus musculus, sinum triangulæ figuræ deprehendi, non tantum in cadauere, sed & in homine etiam bene ualente; sed iungitur deinde imū pri.ⁱ cum altero, ita ut unum musculum constituat, quem diximus mouere caput in partem priorem, attrahit enim ipsum dorsum, aut collum moueat, siue immobile maneat, uerum ubi agat musculus unius lateris tantum, caput uersus illud demittit circum uertitur ubi utroq; uicissim. Præter quatuordecim musculos iam enarratos, alij q; ad motum capitis pertinent, abditi sub aspa arteria, qui nascuntur

à corporibus omnium uertebrarum ceruicis, et quatuor primarum thoracis: quibus
in transitu illigantur. Alii inserunt in os occipitij, à priori parte foraminis
per quod descendit spinæ medulla. sed hos mox subijciemus inter musculos dor
p. t. viii. c. t. xiij. A. si, cum flectunt superiorem partem capite immobili. cum quibus alios quatuor
adijciemus, qui utrinque siti sunt à lateribus ceruicis quam mouent. sequuntur mus=
culi pertinentes ad dorsum. hoc est ad motum uertebrarum ceruicis, thoracis, et
lumborum. et simul et ad sacrum os quas partes omnes dorsi nomine significabimus.
Mouet dorsum totum cum extenditur. cum curuat. cum ad latera ducitur.
ijdem motus proprie et pertinent et ad lumbos quorum uertebræ seorsum
mouentur. et non tantum simul iunctæ cum ijs quæ ad thoracem. Horum motu=
um uarietatem monstrat et commissuræ uarietas, et situs diuersus interque
q. t. vii. c. D. t. viij. A. B qui octo utrinque deprehenduntur: primus nascitur à latere quintæ uerte=
bræ thoracis. ubi costa insinuatur, principio carnoso, tenui, acuto, ita ut
trianguli angulus uideatur. inde oblique ascendit ultra dimidium
quartæ uertebræ thoracis. hunc ductum sequuntur quædam fibræ à posteriori parte uersus
priorem oblique ascendentes usque ad tertiam uertebram ubi adiungitur musculus dexter cum
sinistro. ita initio inter utrumque tota uertebræ crassitudo interiecta est, sed paula=
tim deinde inter se adducuntur, dum perueniat ad priorem partem primæ uertebræ ceruicis
in qua acuto et neruoso fine utrinque desinit in tuberculo huius uertebræ innascitur,
et aliquantulum et ossi occipitij. apud foramen per quod medulla spinæ descendit. Hic
musculus à nonnullis ut multiplex recensetur. flectit rectà ceruicem in partem
priorem. et idem et caput, ubi utrinque agat; sed ubi ab uno latere, in illud; quod
r. t. v. vi. q. t. vii. q. t. viii. c. t. xii. N. fibrarum figura aperte demonstrat. secundus initio carnoso oritur à superiori, et
exteriori parte primæ costæ, quam totam à uertebra ad cartilaginem occupat, ita
ut latum sit. Ab hoc principio ita orsus latior ascendit, sed paulatim angustior red=
dit, et paulum innectitur cum processu primæ uertebræ, quod cum ip=
sam attingit terminetur in angulum acutum; habet enim trianguli speciem.
Primum latus à uertebra ad cartilaginem per longitudinem costæ progreditur,

secundū

secundum recti per longitudinem cernicis; tertium oblig à cartilagine primæ costæ ad primam thoracis uertebram, sicq; à priori parte in posteriorem ascedit, est etiam hic musculus perforatus, ut exitum præbeat uenæ, quam iecinoris appellant, & arteriæ ad brachium tendenti. Habet at officiũ commune cum

xiii. H. tertio, ad quem iam aggredimur. Tertius incipit à radice processus, qui est à latere sextæ uertebræ thoracis propè spinam, ascendensq; aliquod etiam initium accipit ab alijs quinq; uertebris thoracis; ita ut paulatim ualidus, & crassus efficiatur, dum arctè illigetur exteriori parti processus, qui est à latere septimæ uertebræ cernicis, & non nihil etiam nectatur cũ exteriori parte processuum à lateribus aliarq; uertebrarũ cernicis, sed minus primæ q; aliarũ. Habet tam secundus q; tertius musculus uim circumagendi cernicẽ; si agant qui ad dextram, circumducant uersus ipsam, si ad sinistrã, uersus sinistram; quod si secundus, & tertius ab uno latere simul agant, recta trahitur cernix ad ipsum: si secundus consentit, & tertius agit flectitur cernix transuersà in partem priorem; si secundus agit, &

xii. xiii. & xiiii. o tertius consentit, in posteriorem. r. Quartus nascitur à radice spinæ septimæ uertebræ, & reliquarũ thoracis, suprà succedentium; non quidem à lateribus, sed ubi inter se iunguntur; sed statim ubi peruenit ad septimã uertebrã cernicis, latus, & ualidus abeà initium accipit, q; à reliquis thoracis quid: quod & fibræ quas à uertebris thoracis sumit, simul iunctæ inserũt in spinam septimæ uertebræ cernicis: Tum ascendit subinde, aliquod initiũ sumens à radice processuum, qui sunt à lateribus reliquarũ omniũ uertebrarũ cernicis, dum inseratur in totã humiliorem partem spinæ secundæ uertebræ unà cũ musculo alterius lateris. Fibræ ipsius q; nascuntur à processibus, qui à latere sunt, obliq; ascendunt uersus partem interiorẽ, dum inserantur in spinam superioris uertebræ. Attollit hic musculus cum utrinq; agit, caput rectà, sed cum ab uno latere uersus ipsũ. Musculi

i. vii. & viii. E. i. xii. & xiii. I hactenus dicti mouent collum, & simul etiam caput. Quintus inuitio crasso

& carnoso incipit à superiori, atq; interiori parte ossis coxæ uersus posteriorem, è regione primorũ processuum ossis sacri, à quo aliquid etiam assumit. Inde angustior redditur: ascendit, nq; ad duodecimam costam, in cuius inferiorem partem carnoso fine inscritur: inhæret ãt dũ ascendit, interno suo latere internæ parti illorũ processuum, qui sunt à lateribus uertebrarũ lumborũ; tum lateribus uertebrarũ iuxta foramina unde nerui exeunt. Ex quatuor uero lateribus huius musculi primũ est eius initium, quod ab osse coxæ pertinet ad os sacrum: secundum progreditur per lumborũ uertebras: tertium in longitudinem duodecimæ costæ: quartum ab hac ad extremum latus inibi ad partem scilicet superiorẽ ossis coxæ. Fibræ eius obliq; ascendunt ab exteriori parte in interiorẽ: sed quæ nascuntur ab osse sacro, finiuntur in ultimam uertebram lumborũ; quæ sequuntur deinceps in superiores: hic musculus cum utrinq; agit, recta lumbos flectit, uersus partem priorem: sed ubi ab uno latere, uersus ipsum flectit. Ergo hic solus utrinq; lumbos, uertebras thoracis à nullo proprio musculo flectuntur: sed duo musculi recti abdominis, & ad has, & ad eas quæ in lumbis uersantur, flectendas conducunt. X. sextus longiss. est inter omnes musculos corporis: quandoquidem à fine ossis sacri pertinet ad primam uertebram thoracis: quo in aliquibus ulterius etiam ascendat; nascitur ãt à fine spinæ uertebrarũ sacri ossis, & reliquarũ, quæ in lumbis sunt, nerueso, tenui, & ualido initio sumit & alind principii similiter ualidum, sed carnosum, & acutum à parte illa interna ossis coxæ, quæ magis uergit in exteriora, q; latera ossis sacri. Inde ascendens magis carnosus efficitur, ac rotundus, & à posteriori parte lenis: habet latere externo processibus, qui sunt à latere uertebrarũ lumborũ: qui ãt pertinent ad duodecimam thoracis uertebram, multò angustior euadit usq; ad primam eiusdem; sed in transitu singularũ, quæ intersectæ sunt, spinæ illigatur: illigatur & arctius processibus, qui sunt à latere eorũdem per

chordas

X. SEXTVS LONGISSIMVS

chordas annuli figuram referentes, quæ ex anteriori eius parte prodeuntes, simul iniiciuntur, & processibus, qui à latere sunt, & costis quæ cũ processibus committuntur. Ascendunt eius fibræ ab interna parte obliq in externam; quod si utring agat, rectà attollit, atq evigit lumborũ, atq thoracis uertebras; si ab uno latere tantùm, uersus ipsum. septimus subijcitur proximè posito, inuitum uerò habet, quod pertinet à medio longitudinis ossis sacri usq ad eam partem, qua iungitur cum osse coxæ. latescit deinde ascẽdẽs dum perueniat ad processus laterũ quintæ uertebræ lumborũ, ubi latissimus est; inde rursus ascendit inhærens processibus, qui sunt à latere aliarũ uertebrarũ lumborũ, cui acuto fine illigatur. In toto itinere à principio ad finem progreditur iunctus cum musculo alterius lateris, amboenim interniis lateribus se contingunt, tantum dehiscunt, quantũ est crassitudo ligamenti spinæ. Ascendunt fibræ ab inferioribus partibus obliq uersus interiorem, & ex transuersis processibus inferiorũ uertebrarũ, & spinæ radicibus ortæ, in latitudine posteriori superiorũ uertebrarũ inseruntur. Extendit hic musculus, ubi utring agit rectà eam dorsi partem, q̃ inter eius initium, & finem sita est: sed ubi ab altero latere obliq uersus ipsum trahit, octauus exit ab undecima uertebra thoracis, & ascendit usq ad primam toto itinere complectens spinæ uertebrarũ thoracis. Ex toto autem carnosus est, & multis ualidis fibris distinctus, sed ad duodecimam uertebram thoracis ipse perinde ac septimus tenuis est, sed postea ascendens paulatim crassescit, dum perueniat ad spinæ quintæ uertebræ thoracis, ubi crassior euadit. sed sursum tendens rursus extenuat, ita ut non appareat crassior ad primam, q̃ ad undecimam spinam uertebrarũ thoracis. Implet etiam in itinere spacia inter spinas, procediteq iunctus cum musculo alterius lateris, solo intercedente ligamento, quo spinæ superioris, & inferioris uertebræ inter se illigantur. Fibræ hoc magis rectæ sunt, q̃ in alio musculo dorsi, ideircò rectà ipsum mouet in

neutrũ latus inclinans; iungit ergo uertebras, quibus inhæret, & eatenus dorsum extendit, ope aliorũ musculorũ, qui præditi sũt eodem munere.

[illegible] VII pect. VI. Id totum, quod inter iugulum & septum transuersum duodecim costis utrinq; continetur, & pectus, siue thorax dicitur; duplici motu, nã & dilatatur, & contrahitur: dilatatur quidem cum costæ sursũ ducuntur, contrahit. cum dorsum. Vbi autem sursum ducuntur, ad se mutuo accedunt, & magis propinquæ fiunt: at ubi deorsum, inter se recedunt. ita at cõmittũt cum uertebris thoracis, ut in superiorem, & inferiorem partẽ attrahi possint, & eatenus propinquæ fieri, aut recedere. scire at̃ licet, cũ ascẽdunt, ac propinquæ fiunt, simul et in exteriorem, ac posteriorẽ partem ferri. At cum descendunt, & à se recedunt, in priorẽ, atq; interiorem impelli; sed duplex dumtaxat ex carũ motu sequitur effectio in thorace, dilatatio nimirum, & contractio, quibus opus est ad perspiratum, & caloris conseruationem; per dilatationem attrahimus aerem frigidum; per contractionem expellimus calidum. quot autem, & quibus musculis, & quo pacto eiusmodi motus præstetur: nunc exponendum superest. Numerantur, fere ab omnibus musculi octuaginta nouem. quadraginta quatuor à parte dextra, totidem à sinistra: & unus communis utriusq;, uidelicet septum trãsuersum. de quo agemus, ubi de quadraginta quatuor utriusq; lateris enarrauerimus. ex quibus quatuor utrinq; ad abdomen referuntur, sed conferunt etiam ad motum thoracis, ut infra trademus. sex præterea utrinq; pertinent ad thoracem triginta quatuor ad spacia, quæ inter costas sunt; aggrediamur primo ad sex, qui non sunt proprij alicuius spa-

a. t. iiii. b. t. v. cij, sed communiter ad thoracem pertinent. horũ primus carnoso initio oritur ab inferiori, atq; interiori parte iuguli, quæ ad primam costam spectat, in quam carnoso fine inseritur, quà cum osse pectoris committitur; est autẽ ualde breuis, sed latus, tenuis et ex toto carnosus. Ducuntur eius fibræ à iugulo, à cuius longitudine incipit obliq; & quasi transuersæ antrorsum

dum

dum inserantur & in superiorem partem primæ costæ, & in os pectoris, quà hoc cum eius cartilagine committitur: attrahitur ab hoc musculo prima costa sursum uersus partem posteriorem, atq; ideò dilatatur pectus. 6. Secundus magnus est, & oritur carnoso initio ab interna parte basis scapulæ, unde sup costas pergens, latescit, & aliquando tenuior fit, dum inseratur in tertiam, quartam, quintam, sextam, septimam, & octauam costam, & interdum in nonam ad medium longitudinis, prinsq; in cartilaginem degeneret; exigit cum inseritur quosdam processus, quasi digitos, qui sub sexta costa cum similibus processibus primi musculi abdominis in serræ ꝓpem cõmittuntur. Reliqua pars musculi præter hos processus costis supeijcitur, trahit hic costas in partem posteriorem, & eatenus thoracem dilatat.

Tertius incipit à spina trium inferiorũ uertebrarũ cernicis, & primæ thoracis; initio nerueso, tenui, lato, descendit q; in priorem partem super primum par musculorũ mouentium caput, & super aliquot alios mouentes dorsum, & pectus, ubi q; autem efficitur carnosus, & latus, post q; transijt primum par musculorũ mouentium caput, sed cum primam costam attingit, nonnihil uersus latus conuertitur, in tres quasi digitos ꝓtinus, qui feruntur ad spacia inter costas, quibus inhærent. d. Quartus nascitur unà cum musculo maxime lato ex ijs qui dorsum mouent, à posteriori parte ossis sacri, & ab ea parte ossis coxæ, quæ magis in exteriora prominet, q; os sacrum; inde ascendit inhærens processibus à latere uertebrarũ lumborũ, unà cum duodecimo musculo mouente dorsum; cum quo ita ualde nectitur, ut à quibusdam eius pars existimetur; cum primum accedit ad duodecimam uertebram thoracis, adeò ab eo seiungitur, ut uideat inde initium sumere: postea obliq; ascendit aliquatenus uersus partem exteriorem; & quasdam profert chordas rotundas, quæ illigant tuberculis decem primarũ costarũ, paulò antea q; inserantur in processus à latere uertebrarũ; sed usq; ad harũ chordarũ initium procedit totus carnosus, desinit q;

ad primam fere uertebram thoracis; interdum tamen eius chordæ pertinet
ad processus latiz septimæ uertebræ cernicis, non minus q; ad tuberculacest-
arz; ibi autem chorda nerueosa penitus est. & tenuis, nam ad undecimam,
& duodecimam costam adhuc nerueosa manet. Vnus efficit est costas decem
e t x i . a ad ducere, atq; ideirco pectus contrahit. Hic quintus oritur primopio lato,
ac tenui à spina undecimæ, & duodecimæ uertebræ thoracis, ac etiam
ab aliquibus lumboz, transuersusq; procedit super aliquot musculos
mouentes dorsum, & super quartum mouentem pectus; fereq; progredit
antrorsum recta; sed ut ex propositis musculis excessit, cum costis nectit,
ac redditur crassior, carnosas quasdam fibras accipiens, finitur tan-
dem partitus sicuti in tres digitos, qui nonæ, decimæ, & undecimæ costæ
illigantur, multo prius q; cartilagineæ fiant, qui ne committuntur in
serrit speciem cum similibus precis eo primi musculi abdominis. tra-
hit hic costas, quibus inseritur uersus partem posteriorem, & catenus
f t . v i i i . b . thoracem dilatat. f Sextus situs est in cauo thoracis, pertinetq; per totu
internum latus ossis pectoris, ad longitudinem costarz integrarz, qui-
bus inhæret adeo latescens, ut extremo latere fere pertineat ad radi-
cem costarz. Habet autem tria latera trianguli modo, sed inæqualia;
duo admodum longa, unum breue; quo autem tenuis sit, undiq; carno-
sus deprehenditur. Fibræ eius transuersæ procedunt super os pectoris
uersus partem posteriorem quamobrem cartilagines costarum se adduc-
cit, & ad os pectoris, quo nomine thoracem astringit.

g t . v i . u . x . t . v i i i . E . E . E g Inter costas utrinq; diximus præterea siti esse musculos triginta
quatuor, ad quos iam aggredimur. cum duodecim costæ undecim me-
dia interualla constituant, sex inter integras, quinq; inter spurias, col-
locantur in quolibet interuallo quinq; inferiorz duo musculi, unus in-
ternus, alter extremus, & ideirco in omnibus decem in uniuersu, at ex
superiora interualla integrarz costarz singula quatuor musculos

continent,

continent, & ideirco in uniuersum uigintiquatuor. ex quatuor musculis
unusquisq; internalli huius à uertebris incipientes antrorsum tendũt
usq; ad eam partem, ubi costæ in cartilaginem degenerant, unus exterꝰ
alter internus; huius à cartilagine ad os pectoris, unus similiter internus,
alter externus. At quem ductum singulorũ fibræ obtineant, perpẽdere
oportet, ut motum, quem præbent, intelligamus. exteriorũ qui ad
spacia spuriarũ costarũ pertinent; fibræ ab ima parte superioris costæ
ad summam inferioris obliq; descendunt, à posteriori parte uersus
priorem; ita ut incipiant à superioribus, & desinant in inferiores,
quas sursum adducunt. At internorũ musculorũ qui in ijsdem spacijs
spuriarũ costarũ siti sunt; fibræ à summa parte inferioris costæ ad imã
superioris obliq; ascendunt similiter uersus partem priorem, ita ut ex-
ternorũ fibris subijciantur ad figuram lit. X. quamobrem incipiunt
interni musculi ab inferioribus costis, & desinunt in superiores, quas de-
orsum trahunt; & eatenus thoracem arctant. eadem ratio est internorũ &
& exteriorũ musculorũ in spacijs costarũ integrarũ à uertebris usq; ad eã
sedem, ubi in cartilaginem degenerant; sed deinusq; ad thoracem interni
musculi incipiunt ab inferioribus costis, & feruntur ad superiores, ~~ut ex-~~
terni à superioribus, & feruntur ad inferiores. qua ratione mutetur
à natura fibrarũ ductus in priori parte ubi costæ in cartilaginem uer-
tuntur, difficile est inuestigare; illud tantum constat, quod costæ à uer-
tebris usq; ad partem cartilaginosam progrediuntur obliq; descẽdentes
in partem priorem. At cartilagines ipsarũ in priorem similiter tendens
non amplius deorsum feruntur, sed ad os thoracis obliq; ascendit. ex his
musculis, qui fibras habent descendentes sursum attrahunt costas &
eatenus dilatant pectus siue extimi, siue interni sint: ex contrario
qui ascendentes; nam costas deorsum trahunt, & eatenus reddũt pect⁹
angustum. hoc quod & rationi consonum iudetur, & à Galeno traditũ

est, à recentioribus anatomes professoribus non accipitur: existimant
n siue sursum, siue deorsum costæ trahantur, siue ab internis, siue ab
externis musculis, ad se mutuo accedere, & eatenus reddere thoracem an-
gustum; quæ sententiæ non subscribo: siquidem cum adducuntur, in-
feriores ad superiores, dilatatur thorax & non contrahitur: ut quilibet
secum deprehendere potest. sed cum superiores ab inferioribus attrahũt,
deorsum, pectus tunc redditur angustius.

b.t.vii.a. Septum transuersum commune ipsi musculum maximus cum dextræ
q̃ sinistræ pars thoracis. differt autem à reliquis totius corporis, quòd
latus sit, rotundus, & principium habeat in medio, ubi valde tenuis est, &
neruos accipit à quarto, quinto, & sexto pari, & spinæ medulla ad cervicem
prodeuntium. Ab hac initio tamq̃ à centro fibræ in orbem undiq̃ ducũt
ad finem musculi, qui partim in mucronatam cartilaginem thoracis,
partim in extremas cartilaginum quatuor inferiorũ costarũ, & in totã
cartilaginem duodecimæ carnosus inseritur: ad finem uò ultimarũ cos-
tarũ iungitur cum secundo, & quarto musculo abdominis & lumbi illius q̃
recti ad undecimam uertebram tendunt, non inserũt in ipsã, cui tegat
à magna arteria, & à sexto musculo mouente femur; sed quasi ligam.tu
utring efficiunt ad latera arteriæ paulatim angustiores redditæ, sub-
terq̃ quam penetrant, dum longo fine innascantur aliquibus uertebris
lumborũ detectis: pars septi quæ nerueosa est præcipuum exigit ascendẽtẽ
in priora: contrà quæ carnosa est, descendit; Tegitur septum uniuersum
duplici membrana; à superiori costa parte, ea, quæ costas succingit; ab in-
feriori, peritonæo. habet & duo foramina, unum in medio aliquantisper
uersus partem dextram, per quod transit truncus uenæ cauæ, cui qua
valde uectitur, per duas membranas à quibus tegitur. Alterũ foramen
aliquanto magis descendit ultra dimidium sinistrorsum. exit per hoc
gula cum duobus vasis ex sexto pari neruorũ à cerebro prodeuntium

præter

præter duo foramina apud undecimam thoracis uertebram sinú quendá efficit ex fibris quas ibi connexi diximus in duo ligamenta, per quæ descendit sinûm magna arteria, & finis uenæ illius, quæ sine pari orit à caua. Attrahit septi transuersum mucronatam cartilaginem, & extrema spuriarú costarú sursum, & introrsum uersus suum imitium, quod in medio esse diximus, & eo nomine claudit inferiorem partem thoracis, quá occupat costæ spuriæ, sed dilatat reliquam partem ipsarú retrorsum; quas constat à posteriori parte inter se diduci, non secus q̃ sextam, & septimam thoracis, quarú cartilaginibus illigatur; quòd si dum aërem attrahimus, ad latera manus admoueamus, percipiemus contractionem à priori parte, dilatationem à posteriori.

Musculos igitur thoracis octuaginta nouem, quos proposuimus abundè persecuti sumus. Nunc tantum superest ut ex ijs quæ dicta sunt summatim colligamus, quo pacto inseruiant respirationi, ad quam constituti fuerunt à natura. Constat respiratio ex attractione aëris, quam inspirationem, & expulsione, quam expirationem uocamus. Inspiratio fit, cum thorax dilatatur; expiratio cum contrahitur. Quamobrem quicunq̃ musculi thoracem dilatant, ad inspirationem pertinent, quicunq̃ contrahunt, ad expirationem; sed cum ùteaq̃ & naturaliter fiat, & cum quadam ui; plures musculi concurrunt ad eam, quæ fit cum ui, q̃ ad eam quæ naturaliter. In naturali respiratione dilatando thoraci sufficit septum transuersum dumtaxat, sed in ea quæ fit cum ui, thorax necesse est contrahatur, non tantum à septo transuerso sed etiam à primo, secundo, tertio, quarto ex musculis thoracis communibus, quos retulimus: præterea ab illis qui inter costas siti, fibras habent superne deorsum tendentes: hi autè sunt externi in quinq̃ inferioribus spacijs; sed in sex superioribus à posteriori parte usq̃ ad cartilaginem costarú; externi à priori, hoc est à cartilagine usq̃ ad os thoracis, interni. Expirationem naturalem satis præstat per se

gravitas thoracis; qui relaxato septo transuerso descendit. & ita contrahitur: sed ubi cum ui expiramus, concurrunt ad eum contrahendum musculi, qui siti inter costas fibras habent ab inferiori parte sursũ ascendentes: huiusmodi sunt inter spurias interni. inter integras à posteriori parte usq; ad cartilaginem similiter, interni: sed à priori, à cartilagine scilicet ad os thoracis, externi: eodem spectant quartus ac sextus ex communib⁹ thoracis et musculi abdominis; nam primum par premit inferiorem partem pectoris. secundum, & tertiũ deorsum trahens costas, ualde pectus claudit; quartum contrahit costas in partem interiorem, & aliquot etiã premit. aliquid etiam, obscure tñ, ad expirationem conferre uidentur ptes scapulæ & humeri; quibus omnibus agentibus maxima cum ui contrahitur thorax, & expellitur aër: siquando at contracto, non redditur, sed retinetur, prohibent exitum duo parui musculi, qui tertiam cartilaginem gutturis cum prima iungentes, ipsum claudunt, & adeo ualidi sunt, ut renitantur omnibus musculis thoracem contrahentibus.

De motu abdominis, uentre, colis, am testiũ, CVII.

a t. i & t. iiii o t. viiii. p.

Abdomen quatuor utrinq; musculis mouetur per omnia paribus. duo obliq; sunt, tertius rectus, quartus transuersus; sed ut sigillatim de unoquoq; agamus. Primus, [a] qui extrinsecus nobis occurrit alijs superiectus obliq; descendit; oritur enim à sexta costa, dependetq; etiam à septima, & octaua, per quosdam processus digitos imitantes; qui committuntur in serræ speciem, cum similibus processibus secundi musculi thoracem mouentis. dein progreditur per reliquas costas. & per anteriorem ptẽ uentris ad ilia obliq; descendens. & tandem cum osse pubis illigatur ualida chorda, ac ueluti membrana. [b] secundus obliq; ascendens situm habet primo contrarium, ita ut super ipsum insidat ad figurã literæ x. ducit enim originem per carnosam membranam ab osse ilium, & obliq; super quartum abdominis musculum qui transuersus est, tendem superijcitur extremis quatuor musculis costis nothis. & finit' i chordã

b. t. iiii ii. t. v a t. xi a. b.

latam.

latam, quæ tertio musculo superiecta cum chorda primi similiter lata ita
iii. n. t. v. a. coit, ut nix possit separari. c Tertius rectus est à latere situs in longitudinem
ventris, pertinetq; à pectoris osse supra mucronatam cartilaginem ad os
pubis, sed ducat ne principium ab osse pectoris, an ab osse pubis, hoc est,
ascendat ne an descendat, inter professores anatomes non parua est
controuersia. & Galenus ab osse pectoris ortum inseri in os pubis existimat,
recentiores contra ab osse pubis ortum terminari in os pectoris asserunt, ea
ratione adducti, quod chorda, & finis musculi necesse est intelligetur pi-
cuiusmodi non est os pubis, & idcirco uerisimile existimant ibi esse prin-
cipium recti musculi, finem uero in osse pectoris, quod deorsu ab eius-
modi musculo trahitur; sed eadem ratio est primi obliq descendentis,
cuius chordam similiter inseri diximus in os pubis. Tertius igitur
siue ascendat, siue descendat, ab osse pectoris pertinet usq ad os pubis,
totus carnosus, exceptis lineis tribus transuersis ad digiti latitudinẽ,
quæ albæ sunt, & neruosæ, duabus scilicet supra, una infra umbilicũ,
in quas fibræ musculi terminantur; efficiunt hæ, ut hic musculus ma-
gis uersus uentrem contrahatur. Iungitur autem cum musculo alte-
rius lateris ad os pubis, ita ut coire cum ipso uideatur; sed quanto ma-
iv. t. v. i. a. gis ascendit, tanto magis ab eo recedit. d Quartus transuersus est, orit
autem à superiori parte ossis ilium, & à processibus uertebrarũ q
ibi sitæ sunt, repræsentatq; initio membranam magis, & ligamẽti,
q musculum, sed progressu fibris auctus in musculum conuertitur,
& cuiusq costæ nothæ extremo ab interna parte cohæret: uerum in
anteriori parte fibris distinctus in latam chordam finitur, quæ
pertinaciter cum subiecta membrana peritoneo inhæresci; sed in
progressu cum recto musculo rectum angulum efficit. His quatuor
musculis ab imo latere abdominis, totidem ab altero respondent,
per omnia pares, ut diximus. Vnusquisq at habet fibras similes,

rectis rectas transuersis transuersas, obliquus obliquas, qui cum duplex sit, descendens, & ascendens, dati sunt huic ascendentes illi descendentes, quo fit ut omnes omni fibrarũ genere prædicti sint, & ubi singulæ ad sua inuita contractæ suo munere fungũtur alius tota astringatur undiq; compressa, uiq; ubi uolumus expellat quæ superant, & molesta sunt, seu nomine, seu derectione; habet enim utrunq; uiam; sed ut cum uolumus, magis detrudat, per inferiorem, q; per superiorem, effici septum transuersum, qd cogit descendere quæ à musculis abdominis comprimuntur, cum suppressæ ambitu descendit; sed horũ musculorũ compressu utimur etiam ad partum edendum, ad uocem, atq; efflatum; sed præter hos in alios quoq; usus præstantiũ musculi abdominis cum & subiecta uiscera muniant, & ad coctionem conferant, quibus abunde expositis, tempus est ad alios transire, qui ab his ad uesicam feruntur.

Vesica q...anscuis per transuersas fibras expellat, per obliquas retineat, obtinet tamen musculos ad utrumq; munus conferentes; ut cum uolumus, reddere urinam, possimus; etiam si uesica nullam ex ipsa molestiam sentiat, & uersus suppremere cam ualeamus, cum à uesica distenta, aut iritata detrudit, conducunt igitur ad ejiciendam urinam, cum uolumus, musculi abdominis, præterea duo alij pari, qui ab ipsis oriuntur, & propriè à rectis, ubi in os pubis illigantur, qui obliq; deinde sursum feruntur, & simul iuncti iuxta lineam albam, quæ in longitudine abdominis est, cum uesicæ fundo cõmittuntur, quam comprimunt, ubi reddere urinam uolumus: hos significare uoluit Galenus, cum scripsit portionem musculorũ abdominis, quæ uesicæ insidet, ad detrudendã urinam pertinere.

e. t xvi. fi. xvii. N.

Vel musculus qui etiam inuita uesica, (ut ita loquar) cum

uolumus

uolumus, urinam supprimit, unicus continetur intra cernices, ubi glandula quædam est, quam quasi anulus amplectitur in orbem: crassior autem est ab inferiori parte, q̃ à superiori, fibrasq̃ in orbem habet, ut cum libet retinere urinam, cervicem uesicæ astringat, & claudat; hic ubi quiescit, permittit urinam exire; sed cum statim rursus contrahitur, confert ad eam detrudendam, quæ extra uesicam in canali retinetur. Idem musculus & in fœminis reperitur, similiter ad cervicem uesicæ; quã nulla intexecta glandula uniuersam in orbem complectitur, dum in collum uteri desinat. sed in fœminis tanto tenuior apparet, q̃ qui in marib⁹, quanto longior est, totam enim ut diximus cervicem ambit. Recti intestinum in imo clauditur à musculo perinde ac cervix uesicæ, cum retinere deiectionem uolumus aliegum ab intestinis expulsam: sed sup̃ hunc duos alios habet, à quibus sursum attrahitur. cum in deiectione illi musculorũ ab omnis expulsum est, ita ut tribus musculis con-
xvij. xix f. tinc atur. f Duo superiores lati sunt. tenues, & non admodum carnosi, aut rubri: incipiunt autem non ab ossibus, sed a ligamentis, quæ ab osse sacro, & coxæ, atq̃ ab inferiori parte peritonei proficiscuntur. inde ambo, utrq̃ à suo latere descendunt, ad rectum intestinum, in cuius externam tunicam inseruntur. adeoq̃ lati sunt ut non solum ipsam amplectantur: sed aliqua etiam ex parte illigentur in manibus ad radicem coxis; in fœminis ad radicem uteri. Horũ unus, ut antè diximus, est rectum intestinum ex sua sede expulsum sursũ attra-
xvij. xix. E here, & in eandem restituere. Duobus his i musculis tertius subijcitur rotundus, quasi anulus, perinde atq̃ ille qui claudit cervicẽ uesicæ, illinitur totus pinguj quodam humore, minusq̃ carnosus est, q̃ duo superiores, sed crassior superne, q̃ infrne: amplectitur enim extremum recti intestini usq̃ ad externam cutem, qua cum ipso mixta confundit nõ secusq̃ cum labro, illigatur autem a priori parte

per quandam fibras. foeminis cum ceruice uteri, maribus cum ceruice uesicae, & cum cole etiam per duos musculos quos ab hoc ad colem pertinere ostendemus. a posteriori cum quatuor paruulis ossibus ad finem sacri ossis. a lateribus cum ligamentis quae a sacro osse ad coxam procedunt. at neque paruus est, ut nonnulli existimant. cum eius longitudo duorum digitorum latitudinem aequet, quo fit, ut cum ob fistulam extremus abrumpitur, adhuc tamen suo munere fungatur, cum dissectionem ad limitum retineat ob reliquam partem quae integra seruatur. fibrae eius in orbem procedunt, & ideirco contractae anum claudunt.

Colem ut proxime ostendimus a musculo anum claudente duos musculos accipit, sed & duos alios ab osse pubis. duo qui a musculo ani & [illegible] proprie ab anteriori eius parte incipiunt, similes sunt illis, qui ab osse pectoris tendunt ad coxendices: nam proximi sunt & lateribus interius se contingunt. ascendunt autem sursum ad colem, in cuius inferiore partem inseruntur, quasi digitis complectentes illa corpora ligamenti similia, ex quibus coles constituitur, & in quorum medio canalis residet. Sed alii duo nascuntur utrinque unus ab appendice ossis pubis paulo infra corpora, quae colem constituere diximus. horum initium carnosum est, & gracile, sed oblique sursum procedens uertitur in musculum, qui carnosus semper manens in cole, sui lateris corpori non procul ab osse pubis alligatur. Ab his quatuor musculis mouetur coles motu uoluntario, & nonnihil etiam erigitur; sed duo priores conferunt etiam ad aperiendum canalem, ne conniueat, ubi uel semen, uel urina eiicitur.

Habet etiam uterque testis musculum, a quo & suspenditur, & nonnihil sursum trahitur: oritur autem utrinque a membrana peritoneo inuoluente uenam, & arteriam tendentem ad testem; nam membrana haec

cum

cum primum ex ampliori sinu uentris egreditur, crassa efficitur aueta fibris carnosis, & ita uertitur in musculum, qui descendit semper inhærens membranæ tegenti testem usq; ad eius finem, ubi & ipse, & membrana nectitur cum uase semen ad colem deferente, nullibi uero testem attingit. Habet & mulierũ testes musculum substantia, situ, & figura similem, ea enim peritonæi pars, quæ ad efficiendam externam uteri tunicam tendit, crassior redditur aucta quibusdam fibris carnosis, & ita in musculum degenerat, qui ab ossis coxæ oblq; descendit ad uterũ.

Restant musculi eius membri, qui à coxa pertinet ad digitos pedis: eius nominatur, in tres ãt partes diuiditur; suprema femur; sine femen dicitur, in media & eius commune nomen totius membri proprie sibi uendicat, & dicitur etiam tibia à grandiori osse quo continetur: ima uero appellat pes; quæ partes seorsum suis musculis mouentur nunc nobis propositis: sumemus initium à superioribus: ab ys uidelicet qui femur in coxæ cauo receptum mouent; quamq; non nulli ex anatomes professoribus, non iniuria etiam ab illis qui tibiam mouent, ordiantur: quod superiecti sunt alijs. Femur itaq; extenditur, flectitur, in latera ducitur, & in priorem, ac posteriorem partem circumagitur ope decem musculorũ; uel si magis placet quatuordecim, nam & quintus in tres diuiditur; & duo, qui decimi partes existimantur, possunt per se in hoc musculorũ numero censeri. Ex ijs decem, quinq; primi femur extendunt: qui & multi sunt, & ualidi, ac magni, ob pondus quod attollere debent, quamobrem Hippocrates femur multa carne contineri tradit. Horũ quinq; primus statim detracta cute occurrit adeo crassus, ut clunem efficiat, incipit autem lata admodum, & carnoso initio ex ima posteriori parte spinæ ossis coxæ, qua uersus os sacrum magis prominet, quamq; aliquid sumit etiam à superiori parte eiusdem spinæ, aliquid etiam ab osse coccygis, & ab imo ossis sacri uersus partem posteriorem, ubi dexter lateris musculus attingit musculum sinistri. Ex omnibus

ergo hic initijs tanquam ex semicirculo ortus obliquè descendit supra commis-
suram femoris cum coxa. ubi gracilior, et angustior redditur, dum in
latam, et ualidam chordam finiatur, quae obliquè procedit ad magnum
processum femoris. cuius exteriori parti illigatur. incipit autem illigari
paulo infra summitatem dicti processus uersus partem priorem. tum
deorsum in posteriora modice descendens ad radicem processus longa
linea in posteriorem partem femoris inseritur. fibrae uero descendunt
v t x Σ t u y iiii v. t ix t xii c obliquè in partem anteriorem. b. Secundus primo magna ex parte subijcit.
ortus autem carnoso initio, a tota illa priori, et superiori parte spinae A
ossis coxae a qua non duxit originem primus. aliquid etiam sumit à
dorso ossis coxae, cum primus ab eo recedit. ita ut huius quoque initium
referat semicirculum statim atque ortus est à posteriori parte subster-
nitur primo. tum obliquè descendit in partem exteriorem. super com-
missuram femoris cum coxa. e cuius regione chordam exiget mem-
branae modo latam, sed ualidam. quae inseritur in sublimiorem partem
maioris processus femoris. eumque compraehendens ex parte eius an-
teriori, cum lata sit. et transuersa illigetur. Fibrae descendunt super-
ne deorsum. et priusquam finiantur cum fibris primi. quibus subijciuntur.
speciem efficiunt latinae literae x. ipse autem nullibi aeque carnosus
c t x: Σ est. atque ubi recedit ab osse coxae. Tertius tanto minor est secundo, quanto
secundus primo, totus autem iacet sub secundo, nascitur enim ab osse
coxae initio lato, carnoso, crasso. in speciem semicirculi. tum obliquè
descendit, a priori parte inhaerens ligamento quo uincitur commissu-
ra femoris cum coxa, paulatimque angustior redditus, conuertitur in
latam. et ualidam chordam, quae inseritur in summitatem maioris pro-
cessus coxae, quem complectitur. apparet hic musculus in omnibus ho-
minibus liquido, praesertim in ijs, qui robusti sunt, in quibus liquido
etiam inspicitur ea pars secundi, quae huic superiecta est, regitur enim
membrana

membrana crassiore, per quam nectitur quoq; valide cum primo musculo qui in hominibus similiter robustis lucidus apparet: non sic in pinguib⁹ nam & in mulieribus adeò circumdatæ sunt adipe eius fibræ, ut adeps indicatur fibris distincta. quartus totus etiam ferè lucidus est. & rotundus, nasciturq; initio evasso, & carnoso, non à summo ossis coxæ, sed à lateribus trium inferiorum (vertebrarum) costarū ossis sacri, quæ non commituntur cum osse coxæ, & ab interna sede earundem, ita ut non multum distet initium huius musculi utrius lateris ab initio alterius à parte interna, rectà deinde extrorsum transuersus tendit ad maiorem processum femoris, paulatim coartatus, sed priusq; ad os coxæ perueniat, degenerat in chordam rotundam, quæ in posteriorem, ac summā partē maioris processus femoris inseritur. quintus maximus est interoes musculos totus corporis, oritur autem ab osse coxæ, præsertim ab inferiori eius parte, ubi appendix est, cuius eam partem occupat, huius musculi initium, quam relinquunt tertij, quarti, & quinti musculi tibiam mouentis initia eidem appendici illigata. sed huius qui nunc propositus est, initium ab ima parte eius appendicis pertinet usq; ad commissuram ossium, quæ ad pubem est, totum uero carnosum inspicatur, quamq; ab ea parte, quā succedit initijs trium dictorū musculorū, fortis nerueus est, intus carnosus: ab eiusmodi igitur initio orsus quilibet musculus fertur à posteriori parte deorsum in longitudinem per parum processum femoris ad lineam acutam, atq; asperam, quæ in posteriora deorsum pregreditur sub eiusdem processus radice in quam lineam totus finitur, excepta ea parte quæ magis interna est, siquidem hæc descendens recto fibræ interno tuberculo tibiæ circa eius illigatur. præter hanc partem igitur totus musculus simul iunctus finitur: simul etiam iunctus incipit, ac procedit, ita ut merito unus ac simplex existimari posset, sed potius ut duplex, potest & ut triplex haberi, si

& ad lineas spectes in eo depressas. & ad ductum fibrarum diuersum diui
ditur itaq. in duos linea quæ in posteriori fœmore internam partem distin
guit ab externa, & non ut quidam scribunt posteriorem à priori. Internus
musculus ille erit, quem finiri diximus in internum imi fœmoris tubercu-
lum. Externus, qui desinit in lineam asperam. atq. auctum sub paruo pro
cessu fœmoris terrij. externus hic rursus in duos distinguntur a linea quæ
in eo depressa cernitur. quorum magis internus cernitur incipit a com:
missura ossium ad pubem. & obliq. descendit in minorem processum fœ-
moris ad cuius radicem nectitur cum initio lineæ eius acutæ, atq. asperæ,
quam diximus. habet autem fibras transuersas quæ a priori parte
in posteriorem progrediuntur. at magis externus incipit ab ima parte
appendicis coxæ. & fibras exigit paululum obliquas. desinit autem in
posteriori fœmore in fine eiusdem lineæ asperæ acutæ. sed satis de quinto
& de alijs quatuor mouentibus femur. pergemus ad sextum. si ante
prædictorum quinq. officium exposuerimus. constituti sunt a natura om-
nes quinq. ut in superioribus ostensum est. ad extendendum femur, &
simul ut aliquid etiam conferant ad eundem motum in latera. & circu:
ductionem. id quod in hunc modum præstant. Primus cum totus con:
trahitur. recta femur extendit, neq. in aliam partem inclinat, sed si
magis uersus supernus, aut inferius initium contrahatur. uersus il-
lud quoq. femur adducit. secundus pariter femur extendit, sed si:
mul ipsum adducit ad partem exteriorem; & caput eius impellit in ca:
uum ossis coxæ. Tertius, & quartus extendit femur, nonnihil sursu
attrahit. sed quartus ipsum in exteriora aliquid adducit, tertius in
posteriora magis: Vterq. autem circumducit, sed multo imbecillius,
q. illi quos subijciam ad circumagendum instructos. Quinti musculi
pars interna quæ rectas fibras habet crus rectum continet, & terræ
affigit, ac cum pede insistimus. femur distendit. externæ at partis

interna

interna porro, præterq́ quòd idem præstat, flectit etiam in interiora ext[a]. ucro femur in interiora trahit, & aliquatenus sursum colligit. His quinq; musculis extendentibus femur terni succedunt flectentes: quorũ primus sextus habebitur inter femur mouentes. initio at carnoso incipit à lateribus undecimæ, ac duodecimæ uertebræ thoracis, tum primæ, secundæ, & tertiæ lumborũ: sed cum primum ortus est, rotundus efficitur, obliq; descendens in partem posteriorem per interna partem ossis coxæ, ubiq; carnosus usq; ad hiatum, quæ ossis coxæ priorem partẽ à posteriori diuidit, ibi enim in chordam ualidam, & rotundam uertitur, quæ descendit, & flectatur cum subhumiori parte musculi processus femoris: sed in transitu fertur super ligamentum situm in osse pubis: ea de causa sinuata: quo fit ut non lædatur huius musculi chorda ab acuto processu ossis, nec dum contrahitur recedere à suo loco possit. Septimus nascitur initio carnoso ab omni parte interna ossis coxæ, uelut à semicaulo, & paulatim angustior euadens crassescit, ac teres fit, sicq; transit sinum superioris partis ossis coxæ, manens carnosus diem prope paruum processum femoris perueniens, in rotundam chordam degenerat, quæ in humiliorem processus partẽ inserit prope finem primi. octauus uidetur aliquo modo pars quinti, nisi diligenter inspiciatur, nascitur enim tato, & carnoso initio a tota linea diuidente ossa coxæ priorem partem à posteriori, pertinetq; suo initio ad semimissura ossium in pube: dein obliq; admodum descendit uersus partẽ posteriorem, carnosq; manet dum per chordam latam, ac teretem illiget interno latere ossis femoris, & regione muneris processus usq; ad dimidiam longitudinis femoris. Flectunt sextus, septimus, & octauus femur, & ad aliud alterius lateris adducunt, nam sextus sursum ualide illud attrahit, & flectens in interiora ducit, ad quod magis adhuc facit septimus: octauus, licet & ipse aliquantulum femur flectat, magis tamen septimus in interiorem partẽ adducit. A musculis ergo flectentibus, & tendentibus, femur quoq; in lat[a] mouetur.

i.t.viii.?.t.xiii. a.t.xiii.e. Nonus lacertus, et carnosus est, obliquus autem in exteriorem descendit, imo ut foramen quod in osse prope pubem est, totum ab externa parte operiat, tum descendit propter totam externam partem cervicis femoris, et conversus in validam ac latam chordam terminatur in sinu maioris processus femoris e regione cervicis et capitis eius. Huius officium est circumducere femur in partem

k.t.x.e.t.xi.o.t. xii.a.t.xiii. interiorem. Decimus ergo foramen totum quod in osse pubis est, ab interna parte tegit, multoque validior est, atque insignior nono: incipit at a linea ossis coxae, prope eam sedem, qua cum eo committuntur vertebrae sacri ossis, incipit etiam et ab interna parte ossis coxae, usque ad commissuram, quae in pube est, quod initium totum carnosum est et tribus lineis distinguitur, occupatque totam internam partem ossis coxae usque ad pubem, inde paulatim musculus angustior fit, ita ut non excedat sua latitudine spacium, quod est inter processum acutum ossis coxae, et partem posteriorem appendicis eiusdem, per hoc spacium egreditur hic musculus quasi per canalem, sed statim atque os attingit, dividitur in tres chordas, quae latae incipiunt, angustiores tamen redduntur in ipso sinu, qui a duabus lineis prominentioribus in tres sinus dividitur, per quos singulae chordae transeunt, sed cum primum inde exeunt, in unam coeunt quae inseritur in sinum maioris processus femoris apud sinum, ubi finem nonum musculum diximus. Inter hos, et dictas chordas intersecta est valida membrana pingui humore oblita quae pubis loco est, et ad motus facilitatem conducit. At duo alii, unus a superiori, alter ab inferiori parte sinus, decimum musculum complectuntur, cuius partes censentur, prohibentque

l.t.xi.e.t.xii.s. t.xiii. f. m.t.xii.s.y. ne possit ex suo loco excedere. Unus quoque oritur a processu acuto ossis coxae, inhaeretque superiori lateri decimi musculi a principio ad finem. Alter incipit ab eodem processu, et pariter carnosus est, haeretque inferiori lateri eiusdem decimi musculi a principio ad finem. Uterque cum finit una cum decimo in sinum maioris processus ossis femoris, confert uterque ad movendum femur, oritur tandem ab interna parte ossis coxae, ubi decimus

musculus

musculus situs est caro quædam quæ descendit usq; ad femur, & includit marsupij modo tres dictas cordas decem musculi quæ inclusæ tendunt ad maiorem processum ossis femoris, in cuius sinu illigantur: sed satis de decem musculis mouentibus femur, qui numerari quatuordecim possunt, si & quintum, & decimum diuidas in tres, quemadmodū nup declarauimꝰ.

Quod inter femur, & pedem est, crus, & tibia nominatum, duplici tantum motu ad genu mouetur immobili femore, cum flectatur, & extendatur; quod si moueatur ad latera, id non fit femore immobili; neq; n. commissura ossium ad genu alteri motui insigni aptatur, q̃ flexui, & porrectioni; potes etiam ubi nelis periculum facere; deprehendes enim immobili femore, crus nix ad latera moueri. Musculi ergo cruris mouentes, aut flectunt, aut extendunt iuncturam genu, quod si aliquid contrahant ad motum in latus, magis efficiendi socij sunt, q̃ effectores; numerantur in uniuersum decem: quorū primus oritur initio tenui, & magis nerueso, q̃ carneso ab anteriori parte spinæ coxæ; paulo at̃ post initium carnosus ex toto euadit, & ita latus ut duplo maior sit in eo latitudo, q̃ crassitudo. tum oblīq; descendit per interna partem femoris usq; ad dimidium longitudinis ipsius, inde rectā progreditur, dum perueniat ad internum tuberculum in imo eiusdem: nam ibi aliquantulum in priorā uergit, illigaturq; primæ lineæ tibiæ, per tenuem, & rectam chordam, quam profert cum uergere incipit ad partem anteriorem. Attrahit hic musculus sursum crus uersus inguen alterius lateris, id quod facit ope musculorū mouentiū femur, quibus præcipue tribui debet eiusmodi motus; neq; n. adeo tenuis musculus per se præstare ipsum posset. Secundus initio lato, & penitus carneso oritur in longitudinem à cartilagine, quā ossa ad pubem inter se committuntur, ibiq; ortus iungitur cum musculo alterius lateris, sed postea angustus fit, crassus, & carnosus, & paulo

minus latus q̃ crassius, ita ut prope rotundus videatur. inde per interna
partem femoris descendit, & paulatim ita angustus redditur, ut cum
peruenit ad internum tuberculum imi femoris, uertatur in chordam
valde rotundam, quæ desinit apud finem primi musculi, cuius posteri
ori parti inhæret. uidetur hic in mulieribus gracilibus magis nerua
sum ligamentum, & asperum q̃ musculus; mouet at unum eius neruus
alterum, ope tamen musculor̃ flectentium femur in partem inte-
riorem. Tertius incipit intra crassus, & tenuis, una cum alijs ab humilio-
ri parte appendicis ossis coxæ, qua innominatum cedentes, descendit q̃ de-
orsum aliquantulum per obliq̃, & totum carnosus redditur, ac prope rotun-
dus, cum multo crassior q̃ initio. transit etiam per posteriorem partem fe-
moris, ac per unum quinti musculi paululum obliq̃, dum perueniat
ad posteriorem, seu interiorem tuberculi femoris apud genu, ubi tenuior, & ro-
tundus euadens, conuertitur in chordam rotundam, quæ uergens in pri
priorem, inscribitur propè finé duorũ iam dictorũ musculor̃ magis in ex-
teriorem. sed magis & ascendens inhærens interne huic tibiæ, flectit
a tertio musculo eius, sed aliquantulum in interiora. Quartus initio
angusto incipit ab eadem appendice ossis coxæ à qua tertius, sed mol-
lior, & durior, nascit at apud latus externum muti nom musculi
aliquantulum sub ipso abditus, tum descendens, & carnosus effectus mus-
culi formam acquirit, magis q̃ tertius, sicq̃ peruenit usq̃ ad dimidium
longitudinis femoris per posteriorẽ eius partem, nonnihil uergés in exte-
riorem, deinde redditur tenuior, & nerueosus ab extrema parte, ita ut uideat
degenerare in chordã, accipit tamen ab interna parte carnem ortã
ab interna femoris, quasi initium alterius musculi: ex utroq̃ enim
conflatur unus crassior, qui descendit dum inseratur per validam
chordam in acutum processum, quem eius causa exigit sublimior appẽ-
dix suræ: flectit at recta cruris, ita ut in nullam partem inclinet, q̃s

situm

sa[3] quae similiter tenuior est quam quae alias partes inuoluit, et pluribus uenis distinguitur. Vtraque autem tam cutis quam membrana carnosa adipis ibi sunt expertes.

4. fi. eadem

Propriae autem binae utriusque testiculi tunicae ita habent. Exterior[4] neruea, ac tenuis est, abunde [illegible] praedita, cuius

5. fi. xxi. & fi. xxiiii D.

extima superficies aspera est propter fibras per quas carnosa membrana illigatur; intima uero lenis et ueluti aquoso humore infecta. Haeret haec extimae et uasis, neque ullibi ipsis innascitur, nisi inferiori parti

ubi sursum

ubi sursum reflectitur uas illud, per quod semen ad colem transfertur, cum eo enim illigatur, sicuti cum posteriori parte uenæ, at arteriæ, quæ ad testiculum perueniunt. habet autem tunica extima carnosas fibras ab ilio deorsum tendentes, quæ exilem musculum constituunt, à quo testiculus sursum attrahitur. Eadem oritur à peritoneo, qua uena, et arteria ex uentris cauo ad inguem prodeunt ad testiculum: ubi Antonius Vrsaturinus ut supra retulimus, peritoneum nõ esse perforatum ostendit: et ideirco extimam testiculi tunicam à musculi chorda dilatata deduci arbitratur. quicquid est constat triplicem usum ei ea præbere, cum testiculum tegat, suspendat, et motu uoluptario creat. appellatur hæc a ueteribus Δάρτος, sicuti quæ intima ἐνθηκοειδὴς, quamuis nonnulli ex recentioribus nouitatis studiosi uaticinentur à ueteribus extimam appellatam fuisse ἐνθηκοειδῆ. intimam δάρτον. Inuoluit hæc substantiam testiculi, a quo formatur, uel potius quæ format continctus. autem membrana duca, crassa, ualenti, sic enim fendit mollem testiculi substantiam, ad quam præcipue destinat: sed simul cum ea uasa etiam communitat. Quamobrem laxior, et tenuior est, ubi uasa innascuntur. cum saluissimum enim tunica parte uenæ, et arteria coniunctæ in ramos dimanantes, dein ipsam perforatæ similiter ad testiculi substantiam perueniunt: paucis exceptis qui priorem tunicæ alimentum suppeditant. Perforatur etiam intima tunica à parte posteriori fluuiis tenuibus foraminibus: ubi cum ampullaceis uasis semen ad colem deferentis committitur. Sed reliqua extima superficies, et quasi aqueo humore obducta conspicitur: nulli parti innexa. interna uero superficie substantiæ testiculi inæqualiter illigatur. Vocatur hæc (ut dictum est) à ueteribus ἐνθηκοειδὴς, quamuis recentiores hanc lentur Δάρτον ab eadem fuisse nominatam, et ἐπιδιδύμιδα; quòd super testiculum sit, quem Δίδυμον nominarunt. Sed Galenus

sequimur qui ἐπιδιδυμίδα quod super testiculum sit appellat uas, p quod effunditur semen in colem. Porrò impertiuntur testiculis neruorumq; ramuli deriuati à neruis qui à spinæ medulla oriuntur et miscentur cum uenis et arterijs ad testiculos [illegible] ad quas iam uenio. 7. fi. xxii. t. 8. fi. xxii. u. Oritur autem uena dextri testiculi à caua [illegible] [illegible] ramos renibus impertitur [illegible] non à dextro latere ipsius sed à priori, ubi turgens initium habet et quasi uentrem longiorem repræsentat, inde uersus dextrum latus descendit peritoneo inuoluta. illa uerò quæ ad sinistrum pertinet testiculum, non similiter à caua nascitur sed ab ea [illegible] quæ à caua ad sinistrum renem pergebat. Cæterum arteria tam dextri quam sinistri testiculi [illegible], unde orti uenas diximus, ab [illegible] parte magnæ arteriæ deriuantur. dextra autem super [illegible] cauæ [illegible] cum ascendens deorsum obliquè ad dextri testiculi uenam progreditur. Copulantur autem tam à dextro quam à sinistro latere uena [illegible], et per fibras peritonei inter se nectuntur: deorsumque procedunt dextra à dextro latere sinistra à sinistro, per canales, per quos [illegible] à renibus ad uesicam illabitur: 9. fi. xxii. β impertientes interim peritoneo tenues ramulos atque ad pubis ossa ex uentre prodeuntes descendunt unà cum neruis; et cum sublimiori parte exterioris tunicæ testiculi x fi. xxii. δ. committuntur; ubi uenæ et arteriæ ita in unitatem coëunt, et inter se miscentur, ut particulam unam efficiant, quæ pyramidem repræsentat, à priori et posteriori parte depressam: cuius basis committitur cum sublimiori parte testiculi. apex uero ibi est, ubi uena, et arteria incipiunt inter se commisceri: multis autem ramulis uaricum modo tumentibus intexta quasi rete conspicitur non minus in sinistro testiculo, quam in dextro. Nectitur hæc cum sublimiori parte intimæ tunicæ testiculi, ubi multos ramos exigit, qui tenuiori tunica contenti, non secusque uenulæ per iecur, per testiculi substantiam penetrant. Ab eadem

particulæ

particula. et rami impertiuntur intimæ tunicæ, et per ipsam deinde substantiæ testiculi testiculi. oritur ab externo latere propositæ particulæ, quam ex uena, et arteria interse mistis diximus produci, nas quoddam neruosum, ac durum, quod illigatur intimæ tunicæ testiculi, et ab exteriori parte quà testiculo non iungitur; teres, ac gibbum est, et ab interiori quà gibbum testem attingit, sinum: procedit autem ab exteriori latere prædictæ particulæ, deorsumq; uersus internum leuiterq; usq; ad imum cum intima tunica à posteriori parte connectitur: inde sursum reflectitur; eidem tunicæ inhærens, non tamen illigatum ubi eandem figuram, et crassitudinem retinet: habet autem à lateribus anfractus crucatos, ac uermiculo modo, per quos celerius, ac uberius à testiculo semen excipiat, non in æqles, cuiusmodi conspiciuntur in uaricibus. At ubi non sunt amfractus, ab exteriori parte leuem obtinet superficiem: contrà ab interiori asperum est, sed nullibi manifeste cauum deprehenditur; nec qua cum testiculo committitur; qui habet tunicam ibi tenuissimam, nec quà sursum ascendit. Ascendit autem cum ad imum testiculum peruenit; sursum enim reflectitur teres, et angustus sine amfractibus, ita ut nerui similitudinem referat. Vbi sublimiorem testiculi sedem superauit, sursum procedens ad sinum uentris inferioris, qua parte uena, et arteria testiculi ex peritonæo egrediuntur, hinc ad posteriorem partem ossis pubis curuatur; et cum posteriori parte peritonæi nexus, super canalem qui ad uesicam fertur ductum sub uesica descendit. sub posteriori autem uesicæ scie tam quod per dextrum q; quod per sinistrum latus fertur, latescit; superq; rectum intestinum ad ceruicem uesicæ procedens unum cum alt. cout, ut utrumq; eodem tempore in colem semen effundant; non satis autem apparet cauum per quod fundatur: siquidem tunc tantùm aperitur cum egeritur semen. Nominatur hoc uas quà testiculo superinsidet ἐπιδίδυμις, quasi super testiculum; à quo quum recedit πόρος ὁ πες-

x. fi. xxii. d.

x. fi. xxiii. u.

13. fi. xxiii. f. ματικοσ dicitur quae canalis seminis dicitur etiam κιρσοειδὴς παραστάτης qua cum cole committitur ubi ad finem vesicae glandula est quae ἀδενοειδὴς παραστάτης nominatur in cuius parte posteriori inveniuntur haec vasa simul coniuncta. Praebet ea glandula aditum tam semini, quam urinae quae per colem feruntur, madefacit colis canalem et fulcit veluti praebet vasis seminis venis nervis et arterijs vesicae, eadem cum secatur, semine referta deprehenditur. Praeter materiam, et partes ex quibus testiculi constant, formam quoque idoneam obtinuerunt; ita enim rotundi figurati sunt ut rotundi, paulo ~~tamen~~ longiores quam alti aut profundi conspiciantur: paulo item ~~tamen~~ latiores ab inferiori parte quam a superiori: habent autem externam superficiem aequalem, qua iunguntur cum intima tunica quae similiter levis est et quasi aquoso humore oblita: sed cava nulla habent, praeterea quae vasorum propagines admittant. Commodissimo item loco siti sunt ad materiam, ex qua semen conficiant, recipiendam; et ad iam confectum semen eijciendum in colem ad quem iam transimus.

14. lib. iiii. f. xvi. fi. xvi. A. B. Coles superest in mare ex partibus genitalibus latine etiam penis dictus, graece καυλός, quo natura abutitur ad urinam detrudendam: cum ipsum praecipue effinxerit ad semen in foeminae uterum eijciendum: quod ut commode praestaret fuit ex ea substantia constitutus quae tendi et laxari facile posset. Tenso cole opus est tempore concubitus, tum ut magis in ipso pateat aditus semini, tum ut in foemina uterus calefiat et cervix servetur aperta, sicque semen non solum excipiatur sed etiam attrahatur: At reliquo tempore laxo opus est: nam tensus et iniurijs pateret et esset impedimento: propriam igitur substantiam talem obtinuit: quae et tendi prompte possit et rursus laxari. Eiusmodi est quasi ligamentum

15. lib. iiii. fi. xvi. fi. xxviii. iuxta V. non quidem densum ut illud quo partes inter se alligantur, sed intus raritatem habens spongiae similem ad spiritum hauriendum aptissima: quo repletus coles tenditur, sicuti laxatur cum exhauritur. Nascitur

substantia

h.xxii. xxiii. s.T.

substantia hæc non simplex, sed duplex; una à dextro latere, altera à sinistro; quæ ossa pubis interse committuntur. Utraq; incipit ab inferiori eor̃ parte ubi crassiora sunt; et sursum procedit: Utraq; item externa parte teres est; interna plana; quà una alteram attingit: iunguntur enim inter se, ucrũ nonita ut non relinquant ab ima parte spacium quà urinæ, ac seminis canalem admittant, qui per ipsas non penetrat, sed quasi calamus digitis con- prehenditur. Porro proposita substantia, quam raram esse intus diximus, et spongiosam similem, intus sanguinem subatrum continet; extrinsecus q̃ corio circũdatur. Talis autem utraq; procedit simul iuncta usq; ad radi- cem glandis, ubi urinæ canalis in carnosam glandis substantiam perfora- tam desinit, per quam tam semen, q̃ urina ejicitur. Foramen hoc ad glãdis initium laxius; ad finem angustius, ut diutius retineatur ibi semen in concubitu, et pariendi sensum exacuat ualidiorem. Nectitur autem eiusmodi duplex substantia ualidissimus ligamentis cum ossibus pu- bis, initio cousq; ubi cutem rotundum orbem circumdatur. Continentur cohæ- rentia dictas partes, musculis quatuor; duo qui a musculo imum rectum in- testini astringentes ueniuntur, ad communem canalem seminis, et urinæ pertinent: reliqui à pueris ossibus ad substantiam ligamenti similem, unus à dextro latere, alter à sinistro continentur et neruis pluribus ut sensu præditus sit acriore. oriuntur hi à spinæ medulla ad imam partem ossis sacri: duo autem per inferiorem colis partem procedunt; iuxta urinæ canalem utrinq; unus, alius per superiorem, quæ substantia illa duplex coniungitur: continetur item uenis, et arteriis complurib⁹, derivatis ab illis ramis uenæ c. et arteriar. quæ ima par- te ossis sacri diuidantur: continetur tandem cute, et membrana carnosa; quæ adipis est expers; quibus tectus tendi, ac laxari facilius pos- sit: quà autem glandem tegit tam cutis q̃ membrana, ita constituta est, ut quamus uinculo quodam ab inferiori parte alligetur; super ipsam

h.xxii. xxiii. nulls et T.

h xxvj. P.

tamen [illegible] ac deinde [illegible] sine ullo negocio possit; reducta n. opus est
ad concubitum, sed reliquo tempore inducta, ut glans aperta lacerata ac de-
fendatur. Eiusmodi igitur est in externa [illegible] conformatio, magni-
tudo, situs omnis talis deprehenditur, qualis ad eius munus exequendum
maxime aptatur. Natura partium genitalium maris quam proposuimus
ut in cadavere perspiciatur, venae imprimis, et arteriae, quae ad testiculos fe-
runtur, [illegible] ita separentur, ut una extrinsecus ab altera patefiat;
[illegible] tum a cole q. a testiculis resoluatur scalpello per colem recta linea
ducta. cris f. autem hamo prehensis, et utrinq. scalpello adacto coles cute
nudetur; sic apparebit cutis et membrana carnosa sine adipe, qualem
descripsimus, deinde scrotum involutis testiculis sectione adhibita remo-
ueatur; quibus nudatis fibrae, per quas inter se nectuntur, praecidantur et
ita unus ab altero separetur. quo facto, uenam, et arteriam ab adiunctis
membranulis resolues, a testiculo usq. ad eam sedem unde ex imo uentre
prodeunt. ibi autem stylum in demittes qui usq. ad imam testiculi partem
penetret. et super demissum stylum scalpello lineam duces, extimum inuo-
lucrum a uena, arteria, ac testiculo separabis; eiusq. ualidum nexum cum
ima testiculi parte inspicies. inspicies et musculum exilem quem diximus; com-
plexum, ac mixturam uenarum, et arteriarum, quae eidem inuolucro distri-
buuntur. Praeterea uasis semen ad colem deferentis ductum intuitus,
ipsum usq. ad sublimiorem testiculi sedem ab intima tunica resolues,
usq. ad eam partem, ubi uena, et arteria finitur; idquod facile succedet,
si transuersa linea scalpello ducatur inter ipsum, et intimam testiculi
tunicam: sic uidere licebit propositi uasis originem; atq. anfractus; et
quo pacto nullibi manifeste perforetur; tantum enim qua testiculo illi-
gatur, raritatem quandam praesefert. quo uase ablato, rami, qui ab iis
anfractibus per intimam tunicam diffunduntur, euidenter se osten-
dent; id quod facilius cedet, si iis anfractibus sanguine prius uersus
testiculum

testiculum expresso laqueum iniicias. Testiculum post haec scalpello in longitudinem linea ducta secare oportet; ut partim eius substantia, partim uasa, quae per ipsum discurrunt, in conspectum ueniant. sectio autem quam ad unum testem admouisti, rursus ad alterum admoueatur, ut quae primo inspecta sunt, iterum spectata melius innotescant. Sed ut ad colis sectionem aggrediaris; diductis cruribus, et cute a peritonaeo remota, primum duos musculos incides, qui a musculo anum claudenti ad colem, et proprie ad urinae canalem utrinque perueniunt. deinde alios duos, qui orti [oriunt] ab ima parte ossium pubis, acuto scalpello separabis: atque hoc pacto eius originem perpendes una cum uenis, neruis, atque arterijs, quae per ipsum discurrunt: quibus perspectis, resolues uesicam a membrana cingente ossa pubis: et cultello non admodum crasso cartilaginem, qua haec, quasi quodam glutine inter se committuntur, diuidens, unum ab altero dirimes nulla ipsorum parte adempta. Tum uasa, per quae semen fertur, ab adiunctis membranis separabis usque ad eum locum, ubi inseruntur in glandulam, cuius situm spectans uesicae ceruicem, in quam haec glandula committitur, resolues a penis corpore: quod duobus illis substantijs ligamenti similibus continet; quarum unam ab altera seiunges, ut ipsarum naturam, et cum glande nexum inspicias: exquisite autem haec deprehendes, si transuersis, obliquis, ac rectis lineis scalpello ductis naue dissecet. Quod si colem integrum adhuc transuersum praecidas, tria foramina, quasi trium canalium se ostendent; una duplicis substantiae ligamenti similis, quam raram esse diximus, et subatro sanguine refertam: quam ubi detergas illa quasi duorum canalium foramina uidebis, quibus foramen subest tertij canalis, per quem urina detruditur.

De foeminae partibus genitalibus in foeminis C.X.

Genitalibus partibus, quae dictae sunt in mari, totidem fere similes in foeminis
respondent; cum testiculos habeat ad semen conficiendum appositos, quibus
adnectuntur uenae et arteriae materiam ex qua conficiatur afferentes, tum
uasa per quae eiaculatur iam confectum: praeterea autem ac scroto habet foemi
na uterum cum ceruice. Has partes si inuertas non dissimiles se illis osten
dent, quas in mari exposuimus: in hunc autem modum ad procreationem
accommodantur: uterum cum sua ceruice maris semen attrahit, retinet,
perficit foetum, etiam perfectum in lucem edit. Testiculi efficiunt, ac per
uasa in uterum effundunt semen, quod partim effectionem, partim ma

1. fi. xxv. M N. fi. xxvi. T. fi. xxvii. F. fi. xxviii. A.

teriam confert ad gignendum foetum, licet imperfectius sit, et frigidius,
quam quod a mare profertur: atque ideo testiculi[1] muliebres constant ex sub
stantia non molli, et aequali, ut maris, sed dura, inaequali, una quadam,
et cauis quibusdam distincta, aqueum humorem continentibus. Tunica,
quae substantiam hanc inuoluit non ita facile separatur, nec ipsa dura
est atque illa quae marium testiculos integit. complectitur autem haec substan
tiam testiculi, et uenam atque arteriam una cum uase semen afferente illi
adnectit. Altera uero tunica, quam a peritonaeo obtinet cum uenis et arte
riis iuncta, non ambit uniuersum, sed mediam partem duntaxat. Diffe
runt etiam figura muliebres testiculi a uirilibus, quod non sunt similiter
oblongi, ac rotundi, sed lati magis et a priori ac posteriori parte depressi.
Differunt superficie externa, quae non similiter aequalis est, sed inaequa
lis, ut uideantur plures glandulae simul nexae. Differunt magnitudine
et situ, quod longe minores sunt et alio loco positi: neque enim extra uentrem
in scroto continentur, sed sub peritonaeo collocati sunt ad lateribus uteri, prope

2. fi. xxvi. d. d. e.

3. fi. xxvi. q. h.

4. fi. xxvi. p. fi. xxvii. g. fi. xxviii. ic.

summos angulos seu cornua ipsius.[2] Verum quanto magis extenditur uterus,
tanto inferiores eius fundo deprehenduntur. Venae autem et arteriae,[3] quae
ad ipsos testiculos pertinent, idem initium et eundem progressum habent atque in
maribus; peritonaeo enim obuolutae et inter se mixtae[4] similiter in testiculos
inseruntur.

inseruiuntur. At nasa per quæ semen ejicitur, magis in orbem iunguntur cum testiculis foeminæ, q̃ maris, incipiunt enim ab externa parte illius plexus, qui exterius, et ab reliquis confectus cum summo testiculo committitur, deinde interiori latere innascuntur, pauciores q̃ habent amplexactus, q̃ in maribꝰ. inde sursum ascendentia, testiculis non amplius illigata sine amplexactibꝰ. quasi uereu, peritoneo obuoluta, uariè errantia, cum utreri cornibus, seu angulis connectuntur, membranæ autem, quibus alligantur, fibras habet carnosas oblique procedentes ad uterum, cum quo ubi iunguntur, crassiores euadunt, ita ut à non nullis indicatę fuerint uteri cornua, constituunt etiam modi fibræ carnosæ utriq̃ angulum; à que uterus sursu̇ cohibet, sed uenio ad uterum.

Habet hic sinus cerussem adiunctam, de qua seorsum agemus. Propria uteri substantia tunica est ad institutum munus maximè apposita; cum e citra noxam plurimum dilatari possit, ubi factum grandiorem continet, et aliquam contrahi. ita autem crassa est, ut omnes tunicas omnes seorsum sumptas, et ternas etiam uentriculi simul iunctas crassitudine superet; maxime autem crassa est ab inferiori parte, ubi foramen habet, quod uteri os dicunt. Crassitudini accedit densitas, qua omnibus minus iniurijs patet, et commodius suum officium facit, quo perfectum spectant triplicis generis fibræ, qbꝰ distinguitur; rectæ ab intima parte non adeò multæ per quas fit seminis attractio, transuersæ ad extima longè plures, quæ permanent ad expellendum; obliquæ medijs inter rectas, et transuersas collocatæ multæ, ac ualidæ ad retinendum. Huiusmodi q̃ est propria uteri substantia: simplex scilicet tunica, nam alterum qua circumdat, cor est inuolucrum uiscerum omnium, quæ sub abdomine continet. orituꝛ hæc à peritonæi quatuor processibus, iuxta ea regione in gradiores uenæ, et arteriæ ad crura descendunt. huiusmodi peritonæi processus ipsi omnes inebrianꝰ uenas et arterias cingunt usq; ad uteru̇, et ita in eius inuolucru̇ degenerant, ualidum et crassu̇. non secus q̃ illud, quo uesica tegitur; longe at crassius

est quo tempore uterus est contractus. Prodita est substantia uteri iam dicta ner
uis non quidem grandioribus, cum non sit instrumentum sensus aut motus, sed
exilibus, qui deriuantur [illegible] spinae medullae, siquidem a ra
mo sexti paris neruorum, [illegible] qui ad radices costarum inserti descendunt, ramu
li ad uteri fundum [illegible] [illegible] quoribus [illegible] immediate [illegible] [illegible]
depromuntur a [illegible] neruorum inspectum a spinae medulla iuxta ossa
crum duo ramuli deducuntur utrinque unus, qui una cum uenis et arterijs tradunt
ad uterum et [illegible] distribuuntur partim ceruici, partim et uesicae [illegible]
12. fi. xxvi. n. d. x. xviii. r. ... arteriae a quibus materiam [illegible] seminis afferri diximus, priusquam testicu
lis iungantur, insignes ramos [illegible] [illegible] uteri impertiunt, qui insigniores
[illegible] obtinet a ramis ortis a uena caua, et arteria magna, intra os sacrum, et
initium nascentes, a quibus [illegible] seminis materia fert ad testiculos. Ibi enim utrinque
orta uena, et arteria bipartit in duos ramos grandes, quorum unus in duos alios
inaequales [illegible], maior per inguem descendit ad crus, minor per os pubis
13. fi. xxvi. y. perforatum transit, coniungitur uena cum arteria utrinque, et ad imum uteri latus non lon
14. fi. xxvi. α. ge ab ore [illegible] multos autem exigit ramos, quorum alij ad uteri sinum, alij ad
ceruicem, aliqui ferunt ad uesicam multo tamen minores conspicuntur uenae et ar
teriae in [illegible] quam in ceruice. Illa uero capitula uenarum et arteriarum, quae in
sinu uteri [illegible] a nonnullis describuntur paruarum [illegible] modo excauata, cotile
[illegible] sunt, neque enim in homine reperiuntur, sed magis in uacca, aut capra. Quod si
plures uenae et arteriae in utero conspiciuntur, [illegible] ideat eius substantia postulare, spectan
15. fi. xxx. L. ... [illegible] ad foetum qui debent ab illis alimentum et uitalem materiam elicere. Sed satis
de substantia uteri, pergam ad formam. Fig. uterus uesicam imitatur si quidem a superiori parte
rotundus est et latus, sed ab inferiori angustior, et teres magis, ubi ceruicem adnexam
habet. Est etiam ante et pone depressus, non exquisite rotundus. Summus autem quarta circuli parte
16. fi. xxix. ad lit. F. siue nouilunium repraesentat, utrinque enim angulum habet ualde obtusum, quasi cornu [illegible]
[illegible], sic autem figuratus magis defenditur a laedentibus, et simul capax est,
neque situm aliarum partium officit. Externa uteri superficies lenis est, et inaequalis, quasi

aquoso

aquoso humore illita ut mollius uicinis partibus insidat. a lateribus tn̄, ubi ua=
sis illigatur; asperitatem quandā præsefert, et inæqualitatē, nō secus q̄ aliæ partes,
quæ processus exigunt, aut recipiunt. interna etiam superficies leuis uidetˣ nam
rugas habet adeo paruas, et frequentes, ut ferè sēsū effugiāt. Quòd attinet ad ca=
f. xxix. A. A. B. B. ua uterus ipse qūm receptaculū sit, totus cauus ēst non tamen distinguitˣ in
cellulas complures, ut non nulli existimarūt, sed unico sinu cōtinetˣ, q̄uis ꝑs
f. xxix. C. D. dextra diducatur à sinistra media linea in longitudinem assurgēte per
totā priorē, et posteriorē partem uteri. non dissimilis illi, quā in scroto cernim⁹
dextram partem à sinistra separare. sum̄a ꝑs huius sinus ab utroq̄ latᵉ duos
angulos obtusos efficit; quos diximus erumpentia uituli cornua repræsētare, sed
f. xxix. F. media spectat inferius. ita ut laterꝫ altitudinē non æquet. In lateribus sitæ
sūt ueluti glandulæ. in quas terminantur uasa semen in uterū deferētia,
sine ullo foramine manifesto nisi cum mulier seminis profluuio laborauit.
f. xxvii. C. D. Desinit uteri sinus quasi in glandem obtusā ꝑforata trāsuersa linea; quod fo=
ramen uteri os appellatˣ hoc cū hiat non oblongū sed rotundū efficit; hiat āt cū
effluunt menstrua. cū allicit semen maris sed maxᵉ in partu; reliq̄ tēpore cla=
usum seruatˣ prægnantibus ita astringᵗ ut ne stylum quidem admittat.
Magᵈᵒ uteri uirginibus exigua est uix enim latitudinē excedit suæ ceruicis:
prægnantibus plurimum distenditur: enixis mediocris est; fundus s. ubi=
licū non excedit; latᵃ suis cornibus usq̄ ad iliū ossa nō ꝑueniūt. Altitudo
utero gerētib⁹ parua cū uterus distēt⁹ tenuior fiat. alioqn ubi cōtrahitˣ crassior
f. xxvi. x. f. x. xvii. 8. f. xxviii. o. ꝏ. efficitˣ. Positio uteri huiusmodi est Inferior pars ubi ꝑforatˣ ad ceruicē desinit,
paulò infra eā regionē quā cum ossibus pubis recti musculi abdominis cōmittūtˣ;
superior unà cū laterib⁹ nō concluditˣ ꝑpetuo iisdē finib⁹ sed uariis, pro magnitudine;
nā q̄tenus magis distendit, eatenus magis iliū spacia occupat, et umbilicū excedit;
f. xxvi. B. plerūq̄ āt ab anteriori pte supat ossa pubis. à posteriori ꝑuenit ad nexū recti intestini
cū colo. anterior uteri ꝑs supiectā hēt uesicā; in medio utriusq̄ repit aliqn omētū qd uteri
os cōprimens, non permittit mulieres cōpleri. Iam uero ex ptib⁹ cū quib⁹ iūgᵗ uterus,

alijs haeret dumtaxat, alijs etiam connectitur; superiori n. eius parti, posteriori et anteriori nullibi nectitur; sed at lateribus alligatur nam et mebranis ad ipsum pertinentibus ita laxe ut contrahi et distendi facile queat. Eiusmodi nexus non minus necessarius fuit quam ... qui ad uenerem ad continendum foetu, atque in lucem edendum fuit opportunissimus.

24 fi xxvi x · fi x xvi 00 · fi xxviii o — [C]um utero nectitur ceruix, per quam quasi per canalem et semen attrahit, et in lucem edit foetum iam perfectum. Sicut uteri praeponat stomachum nemo inuenit, non secus quam ... canales per quos ad receptacula fit aditus. Constat at ex substantia maxime idonea quae et in conceptu et in partu dilatet, reliquo tempore comprimat, nam si ... perpetuo aperta refrigeraret uterus. Est n. carnosa et mebranosa quemadmodum ... tunica laxa et rara ita ut facile distendat cum opus est, et rursus concidat, quae at in puellis mollitudinem prae se ferat, firmiori aetate ... et durior efficitur fistularum more partim ex usu ueneris, partim ex fluxu menstruorum, partim et ex partu. ... nectitur eadem uenis, et arterijs ... quae in uteri sinu desinunt. Deriuant haec una cum neruis ab illis, quae ab osse sacro oriuntur et ad ipsum uterum pertinent ut in superioribus ostensum fuit. Ubi uero

25 fi xxvii E.h xxiii T.T. — cum cute terminatur ex utraque efficitur mixta quaedam substantia, non dissimilis illi quae ... glandem tegit, haec ornamentum praebet, et quasi operculum. At cutis quae utrinque ab exteriori parte pilosa prominet adipem subiectum habet duriorem, quae uetulis flaccida redditur. Figura ceruicis teres est et aequalis latitudinis, neque n. in angustum terminat. Externa superficies lenis, plerumque ubi cum alijs partibus nectitur. Interna etiam lenis cum distendit, sed cum concidit ob rugas inaequalis efficitur. Tota at ceruix sinuata est, cum non aliud sit quam canalis, hic a summa parte cum ore uteri terminatur, ab ima ad externam cutem suo ore finitur, ubi ... mixtam substantiam diximus ex cute

2? fi xxix L — et ceruice. Non longe at ab externo ore in superiorem eius partem inserit collum uesicae ubi ex utriusque substantia processus nascitur, qui admittit urinam, sed nihil patitur retrocedere. Longitudo ceruicis tanta est quantum distat eius os externum ab ore uteri. Latitudo maior, et minor, cum plus, minusue distendatur, ac contrahatur.

ubi res

ubi res postulat. Utero gerentib. cũ sursũ trahat cervix simul & arctatur: quòd ad situm attinet, inter externam cutẽ, & uteros, collocata est cervix, quòd nõ perpetuò recta spectat, sed modò in dextrum latus, modò in sinistrũ inclinat, sub pubis ossib. super recto intestino iacens. Latitud. nõ, ac longitudine uesicæ collum excedit, sed à lateribus illigat laxioribus unculis, membranis uidelicet uenarũ, & arteriarũ, quæ in ipsã inserũt; à posteriori parte recto intestino, cui hæret tũ ad finẽ, qui p. coẽm tunicã. Ab anteriori alligat cũ uesica, & eius collo.

Ad uteri ãt, & cervicis nãm, quã proposuimus, perspiciendã, ita moliri sectionem oportet. Primusq. aliquid diuidas, digitis ostendere conuenit testiculos à lateribus uteri uenas, & arterias, quæ ad eos feruntur: uasa, quæ ex ipsis ad uteri cornua semen afferũt, unà cum musculis ibi annexis, & eius cervicẽ unà cum neruis, uenis, & arteriis quibus cõtinet: deinde diductis cruribus à pubis ossib. utrinq. per os cervicis usq. ad podicem scalpello ducenda linea est, resolutãq. cutis usq. ad aliquam inguinũ portionẽ: quæ autem inter duas lineas media relicta est, à podice separanda, & cervicis adnexa relinquenda. Tum pubis ossa, quæ inter se cõmittũt secta prius cartilagine in qua hoc fieri potest, diducãt: quib. peractis, acuto scalpello separetur membrana pinguis, uena et art. ãd testiculos tendentibus, interim inspectis ramis, qui in uteri sinũ transmittunt. Vbi scalpellus ad testiculos deductus fuerit plexus ex eiusmodi uenis, & arteriis, & uasa, per quæ semen fertur ad uteri cornua, patefiat: & canales qui à renib. ad uesicam pertinent, à membranis præcidãt: ut uesica simã cum utero euellat. Dissectis uenis, arteriis, neruis, membranis, quibus illigat, & fibris deniq., per quas cũ imo recti intestini cutis nectit: si ãt uteros cõsideres, inuertenda est eius cervix, sicut simus deprehendes citra sectionẽ foramẽ, p. quod urina in ipsam transit ex collo uesicæ. Tunc ãt uesica diuidenda est, & spectandi canales qui in ipsam inseruntur, cũ musculo sito ad eius collum; diuidenda deinde in longitudinem uteri cervix: diuidendus & totus uterus ab ore ad cornua: ut utriusq. subiectam figurã, sinũ, diligenter intuearis.

De sectione inuoluceris foetus CXI.

Vbi præsto sit cadauer mulieris utero gerentis, operæ pretium est, non modo genitales partes sectione inquirere, sed et foetus inuolucra, ut eorum substantiam, formam intelligentes summum naturæ artificium admiremur. Tria igitur cum sint foetus inuolucra, extimum, medium, atq; intimum, communicat omnium tegmenta usum præbet, atq; ita defendit foetum undiq; tutum, ac molem. Proprie autem extimum cum utero nectit foetum: neq; ipsum ruptui patitur, sed illigatum seruat, interim uasa uenas, ac arterias complectens, per quas spiritus, et sanguis ab utero foetui distribuatur. Medium inuolucrum uirenti colorem obtinet, quam foetus a se ipso attrahit. Intimum uero sudori seruat ex foetu similiter emananti. Ad quos usus ita facta fuerunt a natura maxime habilia. Extimum quod græce χόριον dicitur latini secundas nominarunt, nisi magis hoc nomen etiam reliqua duo medium, et intimum significarunt. Extimum neq; non continetur membrana, sed substantia rara, et nigricet sanguine referta, quemadmodum hepar, et coles. Hæc crassior est, ita ut prope partum pollicis crassitudinem æquet, multisq; uenarum, et arteriarum ramis quasi intexta distinguitur: oriuntur uenæ a uena, arteriæ ab arteriis uteri, quæ cum extimum hoc inuolucrum interna uteri superficiem attingit, ipsius uenarum, atq; arteriarum ramulis unctum perforat, et totidem uenas atq; arterias inde ortas accipit, quæ deinde inter se coeunt, uenæ scilicet cum uenis, arteriæ cum arteriis, ita ut ex multis paruis fiant pauca grandia, quæ quasi radices tandem in duos truncos uenarum et totidem arteriarum terminantur: quatuor deinde hæc uasa per medium, et intimum inuolucrum penetrant ad umbilicum. Cæterum an à toto utero, an ab aliqua eius parte oriantur uenæ, et arteriæ quibus annectitur, ac distinguitur hoc extimum inuolucrum, intelliges, si eius figuram, magnitudinem, ac situm intueaberis; quæ ita inter se communita sunt, et à se mutuo pendent, ut uix possint seorsum exponi. Figura igitur non est quadrata in

oui testa

1. fi. xxxvj. III.

2. fi. xxxvj. R. K

3. fi. xxxviij. o o

4. fi. xxxiiii. s. s.

5. fi. xxxiiii. T.

qui testa conspicitur, sed quasi circulus, seu zona: neq; enim ambit uniuersũ foe-
tum unà cum medio, et intimo inuolucro, sed relicta superiori, et inferiori pte
mediam dumtaxat eius partem cingit, à mucronata cartilagine ad ossa
ilium. Hac parte dumtaxat illigatur foetus cũ medio utero qui externam
huius inuolucri superficiem complectit, unde prædictarũ uenarũ, atq; arteri-
arũ ramuli deprehenditur: neq; enim erumpũt ab omnibus partibus uteri;
Hæc de extremo inuolucro. sequitur medium, quod à similitudine foraimi-
nis ἀλλαντοειδὴς græcè nominat, repræsentat enim intestinũ crassũ, in-
fractum, et a superiori et inferiori parte non alligatum, sed absutũ. Eius
substã membrana est distincta uenulis quibusdam, et arteriis, quarũ ini-
tium sunt uenæ et arteriæ umbilicales, cum quo nectuntur cum utero, nullibi
alligatur sed tñ superiori et inferiori parti ipsũ attingit: ambit enim
uniuersum foetum neq; tantum extremis, et prominentibus partibus
obuoluitur, ut ex ea colligitur, quod urina quæ in uno extremo recepta
est facile ad alterum deriuatur. Ad extera igitur superficie tñ chorio me-
dium illigat, ab interna quæ læuis est, atq; humida foetũ intimo inuolucro
contentũ complectens nullibi illigat, nisi quà duæ uenæ et arteriæ à chorio di-
ductæ per ipsum transeũt ad illius inuolucrũ, et inde ad umbilicũ. Vrina-
tũ quæ in medio spatio inter medium et intimum inuolucrũ reseruat, ad
facilitatem partus à fundo uesicæ foetus ædocuit, per canalem οὐραχον ap-
pellatum, qui per umbilicum prominens, terminatur inter medii, et inti-
mũ inuolucrũ, ad quod iam accedimus. Est autem membrana tenuiss.ª
alba quæ græcè ἀμνιος nominatur, obtinens uenas et arterias, quæ deriua-
tur à uenis, et arteriis per ipsam peruenientibus ad umbilicũ. Figura am-
nij eadem est, quæ allantoidis, cuius magnitudo minor sit. Superficies tam
externa quæ ad allantoidem spectat, q̃ interna, quæ ad foetũ, læuis, et humida
est. Nectitur at cũ allantoide tñ qua parte perforat à uenis, arteriis, canali
uracho ad umbilicũ tendentibus: per quæ nectit et foetui, à quo alioquin

lxxxiii.
xxxiiii.

soluta est: in medio enim sudor continetur reservatus ad facilitatem partus. Porrò umbilicus quinque canalibus continetur: binis venis, et totidem arterijs iam dictis quibus medius intriectus est canalis οὐραχὸς, quem incipere ostendimus à superiori parte vesicae fundi et terminari ad allantoida, vel potius relaxatum in ipsam degenerare. Venae ubi foetus cutem penetrarunt in unam coeunt, quae cum [illegible] prope vesicam [illegible] in itinere circumdata membranis. At duae arteriae [illegible] ad os sacrum, ibique in arteriam magnam inserunt [illegible] et in foetu licet. [illegible] canalis, ut à magna arteria ad venam quam arterialem, [illegible] ad arteriam quam venalem nominant derivetur.

Ratio sectionis huiusmodi est [illegible] ducatur scalpello linea una in longitudinem à mucronata cartilagine ad ossa pubis, ita altum, ut peritoneum penetret, altera transversa ab uno osse ilium ad alterum. Tum oris undique reductis spectetur uterus turgidus venis atque arterijs distentus. Inspiciatur et vena et arteria, quae per rectum musculum sursum ascendit. dein ducatur scalpello linea una in longitudine uteri, transversa altera magna cura ne quid violetur ex ijs quae uterum substernunt [illegible] foetus involucrum resolui debet, abruptis venis atque arterijs ipsum [illegible] cum iam maturus est partus. foetum autem una cum suis involucris extractum advertere oportet, ut sanguine, quod ex ipsis vasis emanat detersus, chorij substantiam illucearis, quam non membranam, sed substantiam [illegible] et foetui non undique sed medio obvolutam. Hanc deinde [illegible] scalpello ab allantoide cui valde inhaeret separari debet: quo facto allantoida universum foetum ambientem considerabis, quam pluribus locis scalpello dividens et expulsa urina invertes: similiter appensam vasis per amnium ad umbilicum penetrantibus. Tertium involucrum, amnium videlicet, complecti similiter atque allantoida, inspicere, incidere, et exhausto humore invertere, atque ijsdem vasis appensum relinquere convenit: ut autem finem canalis uracii in allantoida cernere possis, scalpello venas, et arterias, quae ipsum amplectuntur

usque ad

usq; ad umbilicum resolues. Deinde præcisis uasis umbilici, fœtum sup scamnú 227
collocabis, et à iugulo ad ossa pubis per costarú cartilaginem sinistri lateris scalpello lineam duces, quæ ad thoracis, et peritonei sinum deducat descendat.
Sic patefient uenæ, quæ in unam coeuntes, ad iecinoris canum progrediũt.
Arteriæ quæ utrinq; per uesicæ latera transeũt ad lumború spinã, ubi cum magna arteria committuntur. Canalis deniq; ἀορτικὸς qui à uesicæ fundo à superiori parte inseritur. Sicq; opera uniuersa absoluetur.

De sectione mammarum CXII. Praeter inspectionem uteri atque involucrorum foetus, cum secas cadaver mulieris, mammas
1. fi. xxv. xxvi. C. quoque intueri oportet, quae quamvis in pectore sitae sint, non in ventre, quibus hic liber pro-
positus fuit, ob consortium tamen, ac veluti germanitatem muneris videntur cum utero
tractandae; quandoquidem ut hic ob propagationem foetu alit, ita mammae ob eandem infan-
tiam in lucem editam lac pro alimento parant, atque hoc munus proprium mammarum
est in foeminis, nam alterum quod cor tegunt, foveant, ab externis iniuriis defendunt, perti-
net communiter ad mammas virorum et mulierum. Quod si mammarum fabricam intuearis ad eius-
2. fi. xxvi. D. D. modi munus maxime opportunam comperies, nam quod ad mammam attinet continetur
mammae glandula ad centrum collocata, quae ipsius formam repraesentat. huic magnae
glandulae parvae aliae multae insident adipe et carnosa membrana inter se con-
nexae. superiecta est substantiae huic interna parte membranae carnosae, extra tegit autem
cutis crassior, ut autem materia hac ad lac generandum maxime habilis est, ita substantia papil-
lae seu capituli in quod mamma terminatur maxime idonea est, qua sugat infans, et ex
qua eliciat lac rara enim ac mollis est, quae caeterarum ... tendit, fi-
bris est distincta, quae procedunt a ... mammillam ... cutis autem quae ibi superiecta
est tenuior est et ... substantiam illigat ... lac reddat. Nervi autem qui ad
mammas pertinent oriuntur ab illis ramis qui pertinent ad musculos thoracis, proprie autem pa-
3. fi. xxvi. B. pilla nervum accipit, qui procedit ex quinti costarum intervallo. Venae quae in mamillas
4. fi. xxvi. A. A. inseruntur triplicem originem ducunt, aliae enim oriuntur ab illa vena quae ubi ex thorace egressa est,
ad alam procedit, cuti, musculis thoracis et mamillis ramos impertit. Aliae oriuntur a
venis, quae ad summum humerum tendunt, unde rami derivantur tantum ad cutem quae ad mammarum
substantiam pertinentes. Aliae quae non ad externam cutem sed tamen ad internam mammarum substantiam
pertinent oriuntur a venis quae a iugulo sub pectoris osse procedunt, a quibus derivantur rami, qui
per cartilaginum intervalla distribuuntur musculis thoracis insidentibus, inde et mammis;
tendunt autem hae venae ad ilia iunctae cum arteriis exilibus, quae similiter a iugulo ortae sub
osse pectoris deorsum feruntur. per has mammis cum utero maximum est consortium, cessat enim lac
supervenientibus menstruis, et cum mulier utero gerit; revertitur lac cum peperit. Nexus
autem, seu coniunctio mammarum cum utero ita habet. Venae atque arteriae iam dictae, quae a
iugulo

ingulo deorsu sub osse ~~pubis~~ pectoris ferunt, ex thorace prodeuntes, per abdomen tendunt sub rectos musculos quibus illigant; ad mediam uero ipsorum longitudinem in plures ramos diuisæ, coeunt, atque intexunt cum ramis aliarum duarum uenarum, atque arteriarum, quæ sub iisdem musculis innatæ sursum feruntur; deriuantur hæ a grandioribus ramis uenæ cauæ, et arteriæ magnæ, qui per inguina feruntur ad crura: sed quia paulo supra harum initium oriuntur uenæ, et arteriæ, quæ uterum alunt, idcirco maximum consortium habent cum utero propter uiciniam: unde non mirum si sanguis ab utero ad mammas, et inde ad uterum transferatur, cum rami et ascendentium, et descendentium inter se implicentur. Figuram autem mammarum sphæram dimidiatam repræsentat; exteriori enim parte rotunda fuit, ut minus iniuriis pateret; interiori uero plana, ut melius resideret super thoracem, qui quatenus gibbus est, eatenus sinuatur basis mammæ. Magnitudine mammarum non eadem, sed uariatis ætate maiores, et minores fiunt, tum prout otiose degunt uel lactant. Tenera ætate paruulæ sunt; uetulis laxæ, et oblongæ, gracilis ætate firma tument, præsertim cum lactis copia distenduntur. Duæ autem mammæ fuerunt, partim ut seruaret æquilibritas, utriusque lateris; partim ut geminos alere possent, partim ut si una ægrotaret altera quæ sana esset, eius munere fungeretur. Collocantur mammæ autem in thorace a lateribus, qui locus maxime idoneus fuit, neque in aliis enim partibus collocari necesse erat: et mammæ ibi commode cor tegunt et ab illo perfectum sanguinem accipiunt ad lac procreandum: pro magnitudine autem et quantitate uarium spacium occupant: subiectæ autem sunt [illegible] parti musculi adducentis brachium ad pectus.

Ut autem proposita mamillarum natura sectione inspiciatur, linea una scalpello ducenda est a iugulo deorsum ad umbilicum, tum altera a iugulo ad summum humerum, qua sectione adhibita: cutis a mamillarum subiecta resoluenda est, inspectisque ramis uasorum ad ipsos peruenientium, separanda mamilla est a musculo adducente brachium ad pectus, cui supposita est, et interim uenæ, et arteriæ quæ per musculos ad mamillam perueniunt, inquirendæ. Coitus autem uenarum, atque arteriarum, ascendentium, et descendentium, per quas transferri sanguinem a mammis ad uterum et ab utero ad mammas retulimus, tunc manifeste ostendit, cum secatur abdomen, et proprie musculi eius recti.

LIBER QVINTVS

TABVLA PRIMA·FIG p.

Prima huius tab.ᵉ fig. peritoneu a cute pingued. & membrana carnesa liberatu ostendit.

ABCD. His notis totu fere peritoneu indicatur

E E. Linea a mucronata pectoris cartilagine usq ad ossa pubis descendens

F. Vmbilicus integer relictus ut uasa ab eo prodeu. tia deprehendant.

G. Vasa seminis uirum ad testes a peritoneo producta

H I. Vena & art.ᵃ ad rectos abdominis musculos ascende.

K. Vena & art.ᵃ sub osse pect.ᵗⁱˢ ad rectos abdom.ⁱˢ m.ˡᵒˢ descendentes.

L. Venarũ surculi ad latera peritonei tendentes, interdu à uena sine coniuge orti, interdu à uena caua quæ in lumbis.

M. Sectio transuersi abdominis m.ˡⁱ in post.ⁱᵃ reflexi, et

M M. quæ ex eo in externis eiu transuersi abdominis musculi illigant.

N. Mucronatam pectoris cartilage

FIGVRA SECVNDA

Representat hæc fig. peritoneu diſsectu ad imaginem literæ X & in exteriora reflexu, dextris uasis umbilici, ut euidenter appareat. Refert & omentum manibus quantu potest extensum: præterea uentriculum, & recinens portionem

A.B.C.D. Peritoneum quadripartitu ac in exteriora reflexu.

E. Vmbilicus à peritoneo resectus

F G. Vena ab umbilico ad iecur tendens, ubi notat lra G

H H. Conspicua iecinoris sedes

I. Præcipuu ligamentu iecoris cu septo transuerso colligans.

K L. Binæ art.ᵃᵉ ab umbilico ad magnã art.ᵃᵐ pertinentes.

M. Vasa seminis ...

N. Vesica

O. Qua uesica peritoneo alligatur

P. Anterior uentriculi sedes, quæ nec ab omento nec ab hepate tegitur

QQQQ. Omentum

R. Vena & art.ᵃ ad fundu uentriculi a dextro latere

S. R quæ uero ad sinistrum pertinent notant S.

T. Iungunt hæc seae simul in late uenæ cu uena dextri, proprie dat R S T lineã ondit omᵗⁱ originẽ ꝑbentem

XX X. Vena & art.ᵃ externæ omᵗⁱ mebr.ᵃᵉ ...

FIGVRA TERTIA

Ostẽdit hæc fig. exteriorem omenti membranã ... ostendit præterea uentriculi nonnihil i superiora ... tractu, ut inferioris omᵗⁱ mebranæ nat.ᵃ deprehedat

KLMN O. idẽ ac in secunda indicant figuræ.

a a. Interior omenti membrana

b b. Ventriculus superiori membrana omenti intectus

c c. Inferior omenti mebrana, proprie tamen elatior ... notata ... intestinum coli ostendit.

d. Lien omento obductus.

e. ... caua

FIGVRA IIII.

Depingit hæc fig. omentu ... quibus alligat, servatis uenis, art.ᵃᵇᵘˢ glandulis, adipe ...

e e. Origo omenti.

f f f. Anterior exterioris omenti mebranæ sedes.

g g. Anterior interioris omᵗⁱ mebranæ sedes, q̃ uentriculũ substernit, nã alijs locis à superiori inuoluitur.

h k. Substantia omenti, proprie tamen h mebranas, k adipem ostendit.

l. ... uenæ portæ, supremũ ex iecinore prodiens per interiorẽ omenti mebranã progrediens.

m. Art.ᵃ ad cauu iecinoris, & uesica bilis una cu ramo sexti paris neruorũ cerebri penetrans.

n. Principiũ uenæ, quæ una cũ art.ᵃ ad posteriorẽ fundi uentriculi sedem pertinet.

o o. Neruus, uena, art.ᵃ sup initiũ exterioris ... ad dextrũ latus fundi uentriculi tendentes.

p p. ... uenæ ramuli ad corpus uentriculi ...

q q. Eiusdẽ uenæ ramuli in exter.ᵉ omᵗⁱ mebranã ...

r. Neruus, uena, arteria, ad duodenũ intestinum ... pertinentes.

s. ... uenæ portæ in duos truncos, quorũ ...

t. ac maior notatus t intestinis, & mesenterio ...

u. Vena q sola sine art.ᵃ ad posteriorẽ uentriculi sedẽ ...

x. Neruus, una cum uena, & art.ᵃ quæ cole ... tendentes ad dextrũ latus inferioris omᵗⁱ membranæ procedunt

y. Vena & art.ᵃ os uentriculi superius ambientes.

α. Arteria mesenterij.

β. Truncus art.ᵃᵉ ad inferiorẽ omenti mebranã procedentis.

γ. Neruus unà cũ uena, & arteria media inferioris omenti membranæ sedem subiens.

δ. Vena quæ sine art.ᵃ sinistro lateri inferioris omenti membranæ inseritur.

ε. Ductus neruorũ, uenarũ & arteriarũ ad lienẽ tendentium.

ζ. Neruus, unà cum uena, & arteria ad sinistrum fundi uentriculi pertinentes.

η. ... in inferiori omenti membrana conspicuæ

θ. Glandulæ portio duodeno intest.ᵒ innatæ.

Tabula I. Libri III.

LIBER QVINTVS

TABVLA SECVDA·FIG: V.VI.VII.

Inseruiunt sequentes notæ v.ª vi.ª vii.ª fig. quas nominibus 5. 6. 7.

A · 5 · [illegible]
B · B · 5 · *Peritoneu unà cum costis effractis.*
C · 5 · *Primum ligamentu septo transuerso iecur alligans*
D · D · 5 · *Magna gibbi hepatis portio.*
E · 5 · *Portio uenæ tendentis ab umbilico ad iecur*
F · F · 5 · *Anterior uentriculi sedes*
G · 5 · *Anterior lienis sedes*
H · 5 · [illegible]
I · K · 6 · *Duodenum intestinum*
L · 6 · *Jeiuni initiu*
M · 6 · 7 · *gracilium intestinoꝝ finis*
N · 5 · 6 · 7 · *Crassoꝝ initiu*
O · O · 5 · 6 · 7 · *Cæcu intestinu proprie hi [illegible] appendicem eius ostendit q̄ solā à ueteribus cæcu intest.ᵘ uocat*
N · P · Q · R · S · T · 5 · 7 · *Coli intestinu his notis indicat. & proprie ab N · ad P notat eius portio à dextro [illegible] cauu iec. pertinens à P ad Q portio quæ à cauo iecinoris uet. uentriculi fundo inhæret usq ad liene à Q ad R portio à liene ad os pectinis procedens ab R ad S quidem 7.ª fig. conspicit. notat eius ductus [illegible] ab S ad T eiusdē præcipitus usq ad intestinu rectu*
V · V · 5 · 7 · *Depressa coli sedes*
X · X · 5 · 7 · *coli anfractus*
Y · 5 · 7 · *Finis extremum recti intestinu ad anu pergi*
Z · 6 · *Canalis à uesica felis ad intestina pertinens*
a · 7 · *Musculus unu recti intestini ambiens*
b · c · 7 · *Duo musculi recti intestinu sursu attrahentes*
d · 7 · *Innascit hoc loco recti intestini [illegible] in fœminis ceruici uteri musculosa quadam intercedente substantia*
e · f · 5 · *Duæ arteriæ fœtui inseruientes*
g · 5 · *Vesica unà cu eius canali ad umbilicum tendente excisa*

FIGVRA VIII

Exprimit hæc fig. recti intestinu & coli, quā inuice iungut, unà cū tunicis ipsoꝝ.

h · *Jntima intestinoꝝ tunica fibris transuersis dishesta*
i · i · *Media tunica fibris rectis & transuersis conflata*
k · k · *Portio mesenterij recti intestinum ossi sacro annectes, q̄ extimā efficit tunica notatam l*

FIGVRA VIIII.

Repræsentat hæc fig. mesenterij situm tractu in gyru gracilibus intestinis, ut euidentius eius centru unà cum uenaꝝ ductu deprehendatur

A · B · C · D · *Portiones peritonei in latera reflexæ*
E · E · E · *Gracilia intestina*
F · [illegible]
G · G · G · *Jntestinum colum.*
H · *Recti initium.*
I · *Vesica, cui peritoneū innasci, ubi alterā ipsi offert tunicam.*
K · *Mesenterij centrū. siue sedes eiusdem, quà à peritoneo procedit, uenæ cauæ, & arteriæ magnæ truncum obuoluente*
L · L · *Glandosum corpus ad initiū diuisionis uenaꝝ mesenterij collocatū.*
M · M · *Glandulæ ad uenaꝝ diuisionem procreatæ.*

FIGVRA X

Ostendit hæc fig. mesenteriū ab omnib. corporis partibus seiunctu, excepta portione inferioris omenti membranæ, quæ colum intestinū dorso annectit quà hoc uentriculo alligat, scire tamen licet ii LL MM idem hic atq in nona fig. indicare.

N · O · *Portio mesenterij gracilia intestina dorso alligans.*
P · Q · *Portio eiusdem intestinū colū dorso nectens à dextro rene ad iecinoris cauū.*
R · R · *Portio inferioris omenti mēbranæ colū intestinum dorso alligans & fundo uentriculi*
S · *Ab R ad S mesenterij portio indicat, ad colū intestinu à liene ad rectum pertinens.*
T · *ab S ad T mesenterij portio demostrat [illegible] intestinum dorso alligans*
V · *Ostendit hoc loco mesenterij substantia duab. tunicis contenta quarū una notat [illegible]*
X · Y · *X altera Y in medio haꝝ conspiciūt uenæ & glandulæ ad mesenteriū attinentes.*

Tabula II. Libri III.

TABVLA TERTIA FIG XI·XII.

Refert undecima fig. cauam iecinoris sede, bilis uesicam, uentriculum, intestina, nonnihil decerni labetur ut canalis à bilis uesica ad intestina in conspectum ueniat, conspicit, et mesenterij portio

Duodecima bilis uesicam una cum eius canalibus, et duodeni intestini portione ostendit

H H 11 Peritonei portio una cu quibusda cerebri mext. infletur
K I. 11 Caua iecinoris sedes
L. 11. Gibba hepatis portio
M 11. Scandit hac sede iecin: ut uena à fetus umbilico recipitur
N. 11. Rimae sinus, tubercula, iuxta exortu uenae portae conspicua, et proprie superius N sedem uenae portae ostendit umbilici uena excipiente. ab N ad M umbilici uenae ductus notatur
O 11. Ligamentu sinistru iecinoris latus septo transuerso adnectens
Φ Q P 11 Sinus in hepate exculptus ut uesica bilis sedeat notatur Q P.
R 11 Venae, neruus, art. ventriculi cauum amplexantes
S 11 12 Insertio ex uentriculi. seu initiu duodeni intestini. quod in XII. fig. nonnihil in interiora reflexu est ut canalis uesicae bilis se ostendat notatus C
T 11 Ramus à neruis ex uentriculi amplexantibus ad cauum iecinoris pertinens
V T 11 12 Bilis uesica
X X. 12 Canalis à iecinoris substantia per rames uenae portae, et cauae ad bilis uesicam pertinens
Y 12. Venae portae rami per iecur diuisi.
Z 12. Venae cauae rami per substantia iecinoris diuisi
a 12. Hoc loco rami à iecinore ad bilis uesicam tendentes iunguntur
b 12. Ceruix uesicae bilis, cui canalis à iecinore ductus notatus a inserit. communemq. efficit.
c· 11·12. Canalis à uesica bilis in duodenu intestinu insertus, proprie tamen in XII. fig. ab S ad
d d. duodenum indicat intestinum, ut bilis in ipsu ingressus in conspectum ueniat.
e 12. Arteria ad cauu iecinoris, et bilis uesica pertinens.
f 12 Neruulus iecinori et bilis uesicae con deriuat a sexto pari neruor. cerebri, qui ad radices dextri lateris inseritur
g. ·12· Rami à uena porta, ad bilis uesica tendentes·
h. 12 Truncus uenae portae.
i. 11. Glandula duodeno intestino adnexa.,
k. l In mesenterij. proprie tamen k diuisione dextri trunci uenae portae ostendit, l glandulas, in mesenterij sede, quae colo intestino à dextro rene usq. ad iecur illigat. hic at resoluta est ut euidentius mesenterij centru appareat.

n 11 Vena, quae sub recto intestino descendens in ipsum inseritur
o 11 Vesica.
p 11 Dexter ren pingui membrana obductus
q 11 Dexter canalis urinae
r 11 Vena, et art.ª materia seminis ad dextrum uentriculum deferentes.
s 11 Canalis per quē à dextro testiculo semen ad colem defertur

FIGVRA XIII XIIII

Repraesentat hae fig. uentriculu, et gulam, prima ab anteriori, secunda à posteriori.

A 12. Gulae pars ad eius amplitudinem pertinens à fau-
B. cibus resecta. proprie at ab A ad B. eius progressum ostendit iuxta omnes uertebras ceruicis, usq. ad primam thoracis.
C ·12· à B ad C notat ductus eiusdē sup quintam, et aliquot sequentes thoracis uertebras in dextra sedes
D modice declinans à C ad D. eiusdē progressum notat dextrolat. uersus sinistru ascendens, sup magnam art. et p septu trasuersu, i superius uet. orificium desinens.
E E. i. Tonsillae prope fauces collocatae.
F F. 12 Glandula, quae gulae adnata, quinq. thoracis uertebrae insidet.
G. 12 superius uentriculi orificiu.
H 12 Ventriculi fundus
I 12. Gibbae uentriculi sedes.
K K 12 [illegible]
L L. 12. Anterior.
M N O. Posterior. prop. m. O. impressione ostendit, quae uertebris insidet. N sublimiore dextri lat. sede N [illegible]
P 12 Duodenu intestinu à ieiuni initio resectum
Q R 2 Canalis uesicae bilis ad duodenu pertinens intestinum, ubi notatur R
S 2. Glandula duodeno intestino adnexa.
T V. i·2. Nerui qui à sexto pari neruor. cerebri deriuati superiori uentriculi orificio distribuit.
X. 2 Ramus sinistri nerui secundum elatiorem uentriculi sedem, usq. ad iecur procedens, ubi notat. Y
Y.
a. 2. Prima uentriculi uena, et arteria
b. 2. Secunda uena sine arteria.
c. 12. Tertia uena cu arteria, et neruo, per dextru uentriculi latus progrediens
d. i·2. Quarta uena, cum arteria uentriculi superius orificiu amplectens.
e. i Rami impudici uenae, et arteriae per superiorem uentriculi sedem ad eius fundu tendentes
f. i·2. Quinta uena, cu arteria, et neruo, per sinistru fundi uentriculi latus procedens.
g. g. i2. Aliae uenae, et art. à uenis ad lienē tēdētib. enatae

FIGVRA XV.

Ostendit hæc fig: uentriculum inuersu.
h. Orbiculare uentriculi tuberculu, quà cu gula committ'
i. Alter orbiculare tuberculu quà in duodenu terminat'

FIGVRA XVI.

Demonstrat hæc fig: uentriculi tunicas.
k. Exima uentriculi tunica, à peritoneo enata.
l. Media.
m. Intima à cæteris resoluta.

FIGVRA XVII.

Ostendit hæc fig: gibba ~~uentriculi~~ iecinoris sede, & posteriore eiusdem, unà cu uenæ cauæ hilo inde pdeunte.

A. A. Superior gibbæ hepatis sedis portio.
B. B. Inferior.
C. Perforat hoc loco uena cana septu transuersum, nonnullos ramulos ipsi impertiens.
D. E. Qua uena cana inter has notas ab hepate.
F. Maior portio lig. iecur cu septo transuerso nectens.
G. Ligamenti sinistra iecinoris sede septo trasu. illigas.
H. Portio uenæ portæ
I. Situs in hepate iuxta sinistri uentriculi latus insculptus.

FIGVRA XVIII.

Repræsentat hæc fig: lienem, et p.o à priori latere cu omq.
A. portione, ubi A sinistru latus ostendit, na dextru abducit omento cuius interior membrana una cu uenis, & arteriis per ipsa ad lienem tendentibus
B. B. B. notatur B. B. B.
C. C. Superior omenti membrana, per qua feruntur uasa ad uentriculu orta à uasis ad lienem tendentibus, secundo ~~uiolo~~ loco lienis cauu ostendit
E. F. G. à cæteris corporis partibus ut liq. resolutis, cuius superior sedes insculpit D. inferior. E. sinistra F. dextra G.
H. Linea in cauo lienis seu uasa adipsa ptinchà ducta.
Tertio loco posterior lienis sedes monstrat, ubi qda ei⁹ impressiones deprehenduntur.
Postremo eode loco, ac secundo loco lien exponitur duabus exceptis rimis ut lienis substantia
I. K. deprehendat notata I K.

TAB. III. 232

Tabula III. Libri III.

TABVLA QVARTA FIG: ·XIX·

Respondet haec fig: undecimae septi cibus [?] intestinus

A A Portio septi transuersi peritoneo inuoluta, qua una
cum quibusdam costis in exteriora reflexa est.
B. B Caua iecinoris sedes
C lig[?] ... septi transuersi ...
D Portio uenae umbilici qua iecur ingreditur
E Deprimit hac sede iecur, ut uentriculo cedat.
F Portio uentriculi, una cum superiori orificio.
G G Rimae seu impressiones in cauo iecinoris insculptae quae
uenarum portae ...
H Vesica bilis.
I Truncus uenae portae excisus, qui duas uenas ad
bilis uesicam transmittit
K Ramus a neruis superius os uentriculi amplexan-
tibus ad iecur pertinens.
L Arteria iecinoris, et bilis uesicae communis
M Ramus a sexto pari neruorum cerebri, qui radica-
dices costarum inseruntur ad iecur, et bilis uesi-
ca procedens.
N Canalis a uesica bilis ad intestina penetrans.
O O Anterior ac caua lienis sedes.
P Sinea in liene ad insertionem uenarum, et arte-
riarum eius effictum
Q Vena caua
R Arteria magna.
S Truncus magnae arteriae ad uentriculum, iecur,
lienem, omentum, mesenterium, et intestina pertinens
T V Renes pingui membrana inoluti.
X. Vena pingui sinistri renis membranae distributa
Y Vena ad pinguem dextri renis membranam pertinentes
a· b. Venae et arteriae emulgentes.
c· c· Canalis urinam deferens a dextro rene ad uesicam
d Qui a sinistro.
e Vena quae materiam seminis ad sinistrum testiculum defert.
f Quae ad dextrum
g g. Ramuli a nuper dictis uenis qua peritoneum subeunt
exorti ac in ipsius uenas ... ...
h· i· Arteriae materiam seminis ad testes deferentes
k. Truncus arteriae per inferiorem omenti membranam
ad colum intestinum, et rectum insertus
l Superat hoc loco arteria magna uenam cauam ubi
utraque in duos aequales ramos partitur.
m m. Praecipue ex uenis secundum uertebrarum longitudinem
exortis quae peritoneo, et propinquis partibus
impertiuntur.
n Rami arteriae magnae per foramina ossis
sacri penetrantes.
o. Rectum intestinum resectum, ac musculo interceptum.
p. Vesica.
q Portio canalis semen a teste ad colem deferentis
r· Cutis quae colem inuoluebat.
s Cutis qua testes tegebantur
t. Peculiaris membrana carnea qua testes inuoluebantur
u Prima ex propriis testiculorum tunicis
x· Penis cute denudatus.

FIGVRA XX.

Tubus hac fig: imaginibus renes ostendit, prima ...
renem secundum longitudinem usque ad secundum sinum
diuisum.
α· Anterior dextri renis sedes,
β Posterior
γ· γ· Orificia ramorum primi sinus, seu membranei cor-
poris, qua rami illi inuicem coeunt.
δ· δ· Corpus, seu membrana primi sinus, in quam
uena, et arteria emulgentes degenerant
ε· λ. Orificium canalis urinae notati λ.
ζ· η. Scire licet supra corpus notatum δ δ. secundum ...
sinum situm esse, cuius intima ... pars ...
ori respondens se ostendit, nam extima ...
renis respondens, non apparet, ...
ζ η obliq... secundum renis longitudinem ...
Secunda fig: idem ac prima indicat, ablata ...
substantia septum constituente ut ...
secundus sinus se ostendat.
α· β· γ· λ. Idem hic atque in prima fig: significat, circulus ...
et β apparens secundum sinum ostendit.
θ· Anterior primi sinus, seu membranei corporis ...
ι· Posterior, utraque at simul primum ...
κ· Orificium canalis urinae notati λ.
Tertia omnes primi sinus ramos ostendit, ...
renis substantia, summis sinus rami ...
quae omnia citra characterum inscriptionem ...

FIGVRA XXI.

Diuisa sunt in hac fig: ossa pubis, ut uesica, cana-
les urinae, et seminis se ostendant
a a Portio peritonei et septi transuersi una cum qui-
busdam costis effractis ac in exteriora ...
b· b· Gibba iecinoris sedes
c· c· Caui iecinoris portio.
d· Praecipuum ligamentum iecur septo transuerso
alligans a iecinore ... ...
e· Ligamentum, quo sinistra iecinoris sedes cum septo
transuerso astringitur
f Portio uenae portae, et arteria, ac nerui ...
tentes, una cum canali a bilis uesica ad inte-
stina penetrante praesecto, ac uenae ...
g Truncus uenae cauae
h· Truncus arteriae magnae.

initium

i· Initiũ uenæ ad pingue dextri renis tunica ptinẽti.
k Radices arteriaꝝ ad intestina tendentiũ .q̃ ramos uentriculo, iecinori, bilis uesicæ, lieni & omento impertiunt.
l· Initiũ uenæ ad pingue sinistri renis mẽbranẽ procedentis
m n Venæ, & arteriæ emulgentes
o p p Renũ pinguis membrana ab anteriori eoꝝ sede se:iuncta, & peritoneo adnexa
q· q· Vrinæ canales
t· Vena seminis materiã deferens ad testiculũ dextrũ
u· cuius uenæ initiũ nonnihil prominens notatur. u
x· Vena seminis materia dextro testi impties.
y· Venula, quæ a trũco uenæ cauæ deriuata iungit sinistræ nupdictæ uenæ; hæc nõ in omnibus hominibus reperit.
α· Initiũ arteriaꝝ seminis
β. Ramuli a uasis seminis peritoneo distributi
γ· Ductus uasoꝝ semen ad colem deferentiũ p ossa pubis usq ad testiculos, unde rursus sursũ tendunt
δ· Plexus uenaꝝ & arteriaꝝ seminis uarices re:
ε· præsentans. qui ubi in testiculũ inseri notat ε
ζ· Testiculus intimo inuolucro obductus
η· Initiũ uasis semen ad colem deferentis, quod
ι· cũ primum a teste abscedit, sursũ reflexũ notatur.
κ quã uero teres & uniũq liberũ conspicit notat κ
ν· Vesica
ξ· Glandosũ corpus initio ceruicis uesicæ adnexum ad insertionẽ uasoꝝ seminis.
ϛ· Musculus uesicæ ceruicẽ amplectens.
s ·T· Duo corpora pene constituentia. quoꝝ sinistrũ ab initio resolutũ est, inspicere et hoc loco cõuenit fig.ª lrã·ſ· à uesica. ẽ pene effinctã.
υ· Venæ, ac arteriæ ad penem tendẽtes.
φ · X· Prima testiculoꝝ tunica, quæ à peritoneo ad φ exorta, illigat testiculo ad x·
ψ· Testiculi musculus à nupdicta tunica deriuatus
ω· Septimus femoris musculus
*. Portio recti intestini uinculo intercepta.

FIGVRA XII XXIII

Demonstrant hæ fig: seminis, & urinæ instrumenta prima ab anteriori parte, secunda a posteriori
1· Anterior renis sedis.
2· Posterior.
3· Superior.
4· Inferior,
5· Renis gibba sedes.
6· Internum renis latus; ubi 6·7·8· sinũ eius ondunt proprie at 6. tuberculũ demonstrat.
g Truncus uenæ cauæ resectus, cũ primũ decorsũ descendens renem superauit.
h· Arteria magna abscisa cũ primũ deorsũ descendes septũ transuersum superauit.

k· Radices arteriaꝝ, quæ mesenterio, & inferiori omẽti membranæ distribuunt.
l· Initiũ uenæ pingue dextri renis tunicã petentis.
m· n· Venæ, & arteriæ emulgentes.
o· Initiũ uenæ pinguem sinistri renis mẽbranã petẽtis.
q· q· r· Vrinæ canales, qui quã uesica adeunt, notant r,
t· Vena materiã seminis ad dextrũ testiculũ deferẽs,
u cuius initiũ nonnihil prominens notatur. u.
x· Vena materiam seminis deferens ad ~~dextrũ~~ sinistrũ testiculũ
α· Initium arteriaꝝ seminis
β Initiũ ramuloꝝ seminis ad peritoneũ pertinentiũ.
δ Plexus uenaꝝ, & arteriaꝝ seminis uarices referens.
ε Finis prædicti plexus, quã testiculo innascitur.
ζ· Testiculus interiori membrana obductus.
η Initiũ uasis semen ad colem deferentis, quod p poste:
θ riorẽ testiculi regionem descendit, ubi θ· dein sẽm
humiliore rursus ascendens, neq ãplius ipsi innatus
ι· notatur ι
κ· Hoc loco nupdictũ uas nerui modo extra omnem re:uolutionem sursum properat.
λ Hac sede prædictũ uas secũdũ posteriora uenæ, ac arteriæ seminis reflexũ peritoneũ ingreditur
μ· Coitus dextri uasis semen ad colẽ deferẽtis cũ sinistro.
ν Vesica, quæ in xxijª fig. secũdũ longitudinẽ diuisa conspicit, ut ipsius interna sedes appareat
ξ· Glandula uasoꝝ, semen ad colem deferentiũ inser:tionem excipiens, quæ in xxijª fig: sẽm longitudẽ usq ad urinæ, & seminis cõẽm canalẽ diuisa est.
ο· Canalis ceruicis uesicæ uasa nupdicta excipiens.
ϛ Musculus uesicæ ceruicẽ amplectens.
s T Duo corpora colẽ constituentia.
υ Arteriã, ac uenã peni impertitã.
φ· Amplior sedes canalis urinæ ac seminis communis prope glandis radicem

FIGVRA XXIIII.

Testiculos hæc fig: uarijs imaginibus repræsentat.
A · B. Anterior dextri testis sedes, in pª at fig: uasa seminis inuicẽ iungũt; in 2ª dehiscũt ut euidentiora fiant.
C· Vasa seminis postq peritoneũ superarunt, abscisa, ac
D· uarices imitantia, q ubi testiculo inascũt notat D.
E· Initiũ uasis seme ad cole deferentis, quod ubi sursum reflectitur inserit F
G· Portio prædicti uasis, & sedes, quã non amplius testiculo adnascitur.
H· Prædicti uasis portio, q intimo testiculi inuolucro adna:ta erat, ubi parua foramina, asperitatesq cer:nunt, quæ ipsi adnexa erant.
I. Prædictæ portionis sedes gibba ac testiculi inuolucro nõ conata
K· Testiculus unã cũ plexu uarices referente, ablato uase semen ad colem deferente.
M. Ostendit hæc fig: idem ac præterita, sed à posteriori pte

duæ uero sequentes notæ utrinque communes sunt.

N. Quà p.us uena, & art.a seminis inuicem iungunt.

O. Finis flexus uarios imitantis.

P. Testiculus intimo inuolucro obductus, & à plexu

Q. prædicto solutus, deprehendit at à priori parte

asia prædictus flexus inserit.

Q. Testiculus dempto inuolucro ac in posteriora re-

R. flexo, ubi inseruit R. ut rami inde exorti, ac

in testis substantia diuisi se extendant

S. Altera portio nuper dicti inuolucri testiculo adnexa

T. Refert hæc fig: testiculum secundum longitudinem

diuisum, ut eius substantia et uasa per ipsa diuisa

V V. & notata VV in conspectum ueniant.

TAB. IIII.



Tabula IV. Libri III.

TABVLA QVINTA FIG. XXV.

Ostendit hæc fig: situ uteri & uesicæ, ut i[n] hu[m]anis fœminis se habet.

A B C D. Interior portio [illegible]

E E. Mesenterij portio gracilia intestina dorso illigans

F F. Portio membranæ mesenterij ab altera notata

G G. GG separata. s[illegible] ductu uasorum [illegible] & glandularum naturam ostendit

H H. Iungitur huic mesenterij portium intestinum coli, quia recto proximum est

I. Portio mesenterij cum recto intestino [illegible] recti

K. Initium recti intestini iuxta os sacrum reseti

L. Anterior uteri sedes, quibusdam membranis obducta

M N. Muliebres testiculi, quorum dexter non satis apparet cum membrana uasa seminis inuoluente obducatur, sinister ab ea liberatus est

O O. Membrana, quæ à dextro peritonei latere nata, uasa seminis eiusdem lateris, & uenas superiorem uteri sedem petentes inuoluit, ac una cum alterius lateris membrana secundam uteri tunicam constituit

P. Carnosæ fibræ in prædicta membrana conspicuæ dextri testiculi musculum efficientes

Q. Sinistri lateris [illegible] notat O O

R S. Anterior sedes ceruicis uteri obducta membrana a peritoneo producta, qua uenæ transeunt prædicta ceruice petentes, spacium inter R & S ceruicis latiorem ostendit sedem, rugas uero hic conspicuas efficit uteri ceruix in se collapsa

T. Posterior uesicæ sedes,

V. Umbilici portio una cum duab[us] arterijs ab ipso procedentibus, et urinæ canali a uesica ad umbilicum tendente, quæ etiam deorsum reflexa sunt.

X. Portio uenæ ab umbilico ad iecur pertinentes.

Y. Canalis à uesica ad umbilicum urinam deferens.

Z &. Arteriæ ab umbilico ad magnam art[eriam] tendentes.

FIGVRA XXVII.

Differt hæc fig: à uigesima quinta quod præter cætera dextram mammam à cute nudatam ostendit

A A. Rami à uenis summo humero impertitis ad mammam tendentes.

B. Alij rami à uena caua priusquam ad brachium perueniat, [illegible]

C. Mamma

D D. Mammæ substantia.

E F G H. Interna peritonei sedes.

I K. Vena & arteria sub osse pectoris descendentes

L. Gibba iecinoris sedes.

M. Portio caui hepatis.

N. Portio uenæ ab umbilico ad iecur tendentis.

O. Truncus uenæ portæ abscissus, una cum ramis ab ipso deriuatis.

P. Vena caua.

Q. Arteria magna.

R. Radices uenarum & arteriarum ad iecur [illegible] intestina pertinentium

S. Initium uenæ pinguem sinistri renis membranam petentis

T V. Venæ & arteriæ emulgentes

X. Initium uenæ pinguem dextri renis membranam petentis

V =. Renes

a. Dexter canalis urinæ, propius inferius a resectus

b. altera eius portio uesicæ adnexa, notat b.

c c. Sinister canalis urinæ

i d. Dextra seminis uena

e. sinistra

f. [illegible]

g. Arteria dextra.

h. sinistra

R l. [illegible] incipit prope l

m. Recti intestini resectum ac [illegible]

n. [illegible]

o. Venæ ac art[eriæ] ad testes pertinentes, quæ [illegible] [illegible] constituunt [illegible] testiculo adnexa notatur p

q. Ramuli à superdicto corpore prodeuntes, ac membranis impertiti testiculum peritoneo nectentibus

r. Anterior testiculi sedes.

s. Initium uasis semen à testiculo ad uterum deferentis.

t t. Anfractus prædicti uasis ad latera testiculi.

u. Portio prædicti uasis ad uterum pertinens.

x x. Uteri ceruix.

y. Venæ inferiorem uteri partem & ceruicem petentes.

z. Vena a superdictis exorta, ostendit & sedes, qua canalis urinæ uesicam ingreditur.

β. Posterior fundi uesicæ sedes.

γ. [illegible] uesicæ [illegible]

δ. [illegible] ceruix in uteri ceruicem [illegible]

ε. Labra mulieris pudendi

ζ. [illegible] inferiore mesenterij parte petentis.

η. Vasa à uena, & art[eria] [illegible]

FIGVRA XXVIII.

Repræsentat hæc fig: uterum cum membranis ipsum peritoneo illigantibus, cuius et ceruix, adeo conuoluta est, [illegible] manifeste uideat uesicæ uero ceruix, ac fundus secundum longitudinem diuisus est, ut eius cauitas una cum insertione canalium urinæ in conspectum ueniat.

A. [illegible] membranis [illegible]

B. Uteri ceruix

C. Fundi uteri pars gladio modo in sublimiori ceruicis uteri sede [illegible]

D. Uteri os.

E E. Membrana uterum cum peritoneo astringens, ac uasa [illegible]

F. Sinister testiculus.

G. Vena & art[eria] seminis materiam deferens ad testiculum.

H. Ramus dictorum uasorum ad superiorem uteri sedem procedens

I. Alter ramus ad testiculum pertinens.

K. Canalis semen deferens à testiculo ad uterum.

L. Caua uesicæ sedes [illegible] insertio

M. Insertio canalium uirili
N. Venæ canalis portiones à uesica pendentes.

FIGVRA XXVIII.

Ostendit hæc fig. uterus, una cum testiculis,
θ Ramuli à uenis, & arteriis seminis ad membranas peritonæo adnexas pertinentes
I. Alius ramus anteriorem uteri partem adiens.
K. Plexus uenæ, & arter. seminis uarices repræsentãs.
Λ. Sinister testiculus
μ. Canalis semen deferens à testiculo ad uterũ.
V. Angulus uteri ad insertionem uasis cum cõstitut.
ξ Limbus cervicis uteri, ubi quo cuncti orificii patet.
ϖ. Cervix uteri.
ϛ Desinit hoc loco uenea cervix in uteri cervice.
ς Vena posteriori uteri parti, & cervici impertit.
T. Sinistra [illegible] tabra
υ. Canales à renibus, ad uesica urina deferẽtes.

FIGVRA XXVIIII.

Refert xxix. fig. mulieris non pregnantis uterũ à cæteris corporis partibus resolutũ, ac per medium diuisum, ut illius cavus in conspectũ ueniat
AABB. fundi uteri cavus
C D. Tunica in sinu fundi uteri leuiter protuberas.
E E. Crassitudo intimæ, ac propriæ uteri tunicæ.
F F. fundi uteri portio ex elatiori sede decussũ in fundi cavum protuberans.
G G. Uteri os.
H H. Externa uteri tunica à peritoneo deducta.
I I. Portio membranæ uteri peritoneo illigatæ.
K. Cervicis uteri substantia.
L. Portio cervicis uenea uteri cervix adnexa.
Quod reliquũ est huius fig. satis per se unicuique notis deprehẽdi potest.

ANATOMIES

TAB V



Tabula V. Libri III.

LIBER QVINTVS.

TABVLA SEXTA FIG: XXX.

Refert hæc fig. [illegible] uteri situ ac formã

ABCD. Interna sedis [illegible]

E E Portio [illegible]

F F Ventriculus.

G H Portio coli [illegible] ventriculo adnexa

I K Membrana [illegible]

L Uteri corpus ad umbilicum usq. pertinens

O O O O Membranæ à peritonæo [illegible] uteri sedi [illegible] ac externam ipsius tunicam efficientes

Q. Anterior pars cervicis uteri.

R. Vesica.

FIGVRA XXXI.

Ostendit hæc fig: uterũ à posteriori sede recta & transversim divisa, ut extima eius tunica appat.

ABCD. Posterior uteri regio dissecta & propter sinus quidam ad [illegible] venarum extimæ tunicæ

E. E. E. Extimæ tunicæ posterior superficies multarum venarum [illegible] à quibus fetus per umbilicum sanguinem [illegible].

F F. Portio membranæ allantoidis.

G Portio [illegible]

H. Vena [illegible] media divisione propè os sacrũ ad uteri ptinẽtes.

FIGVRA XXXII.

Monstrat hæc fig. foetum à posteriori adhuc parte extimo involucro obductum.

I. I. I Extimũ foetus involucrũ.

K. K. Media foetus tunica, cuius extremæ parti exterior adnexa est propter autem præsẽtes notæ venas per ipsã diffusas ostendunt.

FIGVRA XXXIII.

Exprimit hæc fig. medium involucrũ urina fetus continens, quod secundũ longitudinẽ [illegible]

L. L. L. Media tunica cui extima à posteriori parte alligat ad LL.

M. M. M. Interior mediæ tunicæ sedes.

N Vasa ab extimo involucro producta: ac umbilicũ efformantia.

*. Finis canalis à vesica foetus ad mediã tunicã [illegible] à vesica ad umbilicum procedens, notatus est in fig. XXV. lrã Y.

Y.

O O. Intimũ foetus involucrũ æquior vocatum.

FIGVRA XXXIIII

Refert hæc fig. situ foetus in utero diviso ex eius medio, ac intimo involucro

P Q. Mediũ involucrũ & propriè P notat suphcie externã Q [illegible] etiã SS

R. Portio extimi involucri medio annexa.

S S T [illegible] umbilici ab extimo involucro & propter SS venas T corpus eorũ communem [illegible] constituens [illegible]

V V. Exterior amnii involucri superficies

X. X. Interior

Y. Y. Ductus vasorũ umbilici ab interna superficie posterioris amnii partis ad [illegible]

FINIS TABVLAR QVINTI LIBRI.

TAB. VI.



Tabula VI. Libri III.

FINIS. QVINTI. LIBRI.

VIDI VIDII DE ANATOME LIBER SEXTus.

QVI EST DE SECTIONE PARTIVm uitalium

Partes nostri corporis naturali facultati inseruientes superiori libro exposuimus, illæ nunc sequuntur: quæ pertinent ad uitalem: consistit hæc in conseruatione caloris innati, qui in corde continetur, tamq; in præcipua sede cuius motu defenditur: frigido aere attracto, & fuligine expulsa: ad eiusmodi perspiratu necessarius fuit pulmo, aspera arteria, guttur, septum transuersum, thorax, & tandem collum, quorum omnium sectionem persequemur, si ante usum, substantiam, formá exposuerimus: sumemus initium à collo. per quod coniungitur pectus ad caput; græcè autem dicitur ἀυχήν, et τραχήλος. hoc prædita sunt auctore Aristotele, tantùm ea animalia, quæ pulmonem habent, nam q̃ pulmone carent, carent etiam collo, ita ut pulmonis gratia à natura cõstitutum fuisse uideatur. continet autem asperam arteriam & guttur, per quod aer permeat ad pulmonem, quamq; quadrupedibus nonnullis spectet ad cibum capiendum, atq; ex terra uellendum, in quibus æquat longitudinem crurum. continetur collum in homine septem uertebris, & musculis, quos antea narrauimus occupat autẽ id totum spacium, quod inter caput, & thoracem est; desinit enim ad iugulum, ubi incipit pectus, ad quod iam iam pergimus.

Est igitur pectus id totum, quod inter iugulum est, & septi transuersi nocatur autem à græcis θώραξ: quod uocabulum latini quoq; mutuant; prior pars pectoris uocat græcè στῆθος, eius medium στέρνον, sed posterior pars μεταφρένον; latera uero πλεῦρα. factus est thorax, partim ut quæ in eo residen uiscera tueatur, partim ut respirationis motui ꝑstet; quòd si materiam, et formam intuearis, apposite ad propositũ munus institutum fuisse intelliges. materiam præter cutem superiectam, & interiam membranam (quam partim musculi; partim ossa ab ꝯsibus defendunt) subiecta uiscera; à musculis fit dilatatio, & contractio ad respirationem necessaria: nam cerebri tegimentum fuit caluaria tota ex

osse quod motu (uscruare) minime deberet. partes quae in uentre continet, ut plurimum dilatari possent, tecta fuerunt abdomine quod ex musculis sine ullo osse constat. substantia thoracis media fuit. cum partim ex ossibus, partim ex musculis constet. musculos quidem octoginta nouem supra diximus ad respirationis motum accommodari. quorum octo ad abdomen referuntur. reliqui ad thoracem quadraginta utrinque, quibus accedit septum transuersum aequaliter ad dextram partem atque sinistram attinens. Ossa thoracis sunt duodecim uertebrae, cum quibus utrinque duodecim costae committuntur, quae iunguntur a priori parte cum osse pectoris per cartilaginem. caeterum quae forma sit musculorum thoracis, et propriè septi transuersi, quae item costarum et integrarum, et spuriarum, quae ossis pectoris ac mucronatae cartilaginis, abunde enarrauimus partim secundo libro, qui de ossibus; partim quarto, qui de musculis: ex quibus totius thoracis forma colligitur. propriè autem latior est homini thorax, quam caeteris animantibus; quod brachia recedant à thorace; id quod non euenit anterioribus cruribus quadrupedum. situs iam expositus est cum inter iugulum, et septum transuersum collocari ipsum dixerimus. Hactenus de collo, et thorace.

De membrana succingente costas, et thoracem diuidente C. II.

Refert ad thoracem membrana ὑπεζωκώς quasi succingens, ut ad abdomen peritoneum. utriusque usus quodammodo similis est. nam utraque tegit, alligat, inuoluit, nempe uiscera ac uasa. septum transuersum firmius reddit; sed succingens propriè musculos, qui inter costas siti sunt, uestit, efficitque ne pulmo, qui mollis est, ossa pectoris dura proximè attingat. quae proprio quoque inuolucro, quod περιόστεον dicitur, ad eum finem circundantur; sed intericcta succingente membrana, mitior adhuc redditur contactus. substantia succingentis eadem est quae aliarum membranarum, dura, tenuis, aequalis, alba, ualidior quam peritoneum, durior tamen à posteriori parte quam à priori. raro autem adnatam habet adipem. eamque magis

prope

prope uertebras, ubi uasa magna discurrunt; uenæ, quæ ad ipsam pertinent,
oriuntur à uena sine coniuge, sicut arteriæ ab arteria magna; quamq; non nul-
læ tam uenæ, q; arteriæ ad ipsam peruenientes, deriuantur à uasis, quæ sub
pectoris ossa ad abdomen procedunt. sed nerui, quos succingens membrana
accipit, à sexto pari neruorũ cerebri profecti cuntur. Figura eadem est, quæ
caui thoracis, uaria uidelicet; superne angusta, inferne lata, latior adhuc
à lateribus; breuior à priori parte, longior à posteriori, foris gibba, intus
caua; excepta posteriori parte, quæ ob uertebras, & radices costarũ foris depri-
mitur, intus assurgit. superficies interna lenis est, & quasi aqueso humore
illita; præterq; ubi processus quosdam exigit, ad inuoluendum, & alligandum,
ut longitudinem uertebrarũ, unde orit septum, separans dextram thoracis
partem, à sinistra: præterea ubi alligat, atq; inuolvit arteriã magnã, arteriã
asperam, gulam, uenam sine coniuge, tum à priori parte, quã cum osse pec-
toris committitur septum, quod thoracem in longitudinem diuidit. fora-
mina, quã hæc membrana septum transuersum distinguit, tegit, uena, non secus
atq; ipsum habet; per unum transit uena caua, per alterum gula, per tertium
magna arteria cum uena sine coniuge. Ad iugulum non pernia est unio fora-
mine amplo, sed pluribus, per quæ transeunt rami uenæ cauæ, et arteriæ ma-
gnæ: gula, aspera art.ª nerui, & illi 2 qui à sexto pari neruorũ cerebri, & illi 3 qui
à cernice ad septum transuersum feruntur: perforat tandem à posteriori
parte, à uenis, & arterijs tendentibus ad spacia inter costas. magnitudo rndet
magnitudini internæ thoracis. pertinet enim à posteriori parte à prima uer-
tebra ad undecimam, ubi septũ est, per quod exit arteria magna; à priori
à iugulo ad imam partem ossis pectoris, cui septum transuersum innascit;
à lateribus, à prima costa ad superficiem septi transuersi; atq; hac pacto totum
cauum thoracis circundat. Ex iamdicta magnitudine situs etiam dephendit;
cirtior tatem à ligamentis uertebrarũ coniungitur à posteriori parte cum
uena sine coniuge, & cum magna arteria: à priori superiecta habet uasa, quæ sub

a. fi. vi. a. d.
fi. iii. 33

pectoris esse deorsum ab abdomen descendunt. De numero dubitari potest, an una sit, an duplex, prout duplex etiam est membrana thoracem diuidens in longitudinem, cum qua iungit, et ad quam iam pergimus.

Membranae igitur quae pectus in longitudinem diuidunt διαφράττοντες à græcis appellatæ, multis et ipsæ nominibus utiles sunt, nam et cor in suo inuolucro continent, ac uenam et uasa alia, et pectus in dextram et sinistram partem diuidunt, quo fit, ut una perforata altera seruari possit inuiolata, et qua pulmonum nexum [illegible] uenam tenuiorem habent succingentes membranæ, intus plerunque pinguedinis expertem, tantum pingues sunt ab exteriori parte, qua spectant ad cauum thoracis præsertim in hominibus pinguioribus, in quibus omenti similes uidentur; prope iugulum, glandulam adnatam habent, ubi uasa diuidunt. uenas autem et arterias accipiunt ab illis quæ à iugulo deorsum per os pectoris descendunt; accipiunt et utrinque ramulos à uenis, quæ cum neruis à iugulo descendunt ad septum transuersum, a quibus neruos ramos etiam excipiunt. Figuram triangulam repræsentat, tam à dextro latere, quam à sinistro inæqualium costarum, quarum quæ breuissima est, à iugulo per pectoris os, ac mucronatam cartilaginem ad septum transuersum finit; altera quæ longissima est, à iugulo per dorsum ad undecimam thoracis uertebram tendit; tertia media inter has duas, ab osse pectoris per longitudinem septi transuersi ad dorsum progreditur. superficies utrinque ab interiori parte aspera est, propter fibras, et membranas. ab exteriori quà ad pulmones spectat, leuis, et quasi aquoso humore illita. interdum aliqua parte adnascitur pulmoni. magnitudo earum à iugulo ad septum transuersum, et à uertebris ad os thoracis pertinet. oriuntur ambæ à membrana succingente quà cum illa committuntur, scilicet ad os pectoris, ad septum transuersum, ad uertebras; inæqualiter uero ambæ, et coeunt, et inter se distant, coeunt quidem iuxta dorsi longitudinem, quà cum uertebris committuntur, sed à priori parte, quà os pectoris attingunt, catenus inter se distant, quatenus id latum

est

est, plurimum quidem superne, ubi latissimum; inde paulatim minus recedunt, ubi ipsum angustius redditur. Medium spacium inter utramque fibris, ac membranulis repletur qua uero cum septo transuerso iunguntur maxime inter se recedunt, ubi sinum efficiunt, qui æquat eam partem septi transuersi uniuersam, quæ carnis est expers: sed latior est à priori parte, quam à posteriori, complectiturque cor suo inuolucro & uenam cauam, quorum amplitudini respondet amplitudo sinus huius tertij nam duos alios sinus, seu duo cauà in pectore, unum à dextra parte; alterum à sinistra effici diximus. ab his membranis, quatenus superne deorsum feruntur

Aspera arteria à gutture, et eius descriptio. C. III.

Exposito communi spectatione partium pectoris proximum est ut ad unamquamque seorsum accedamus: ac primo ad canalem, qui à gutture ad pulmonem fertur, græci τραχεῖαν ἀρτηρίαν, & βρόγχον, quod constet ex bronchijs; hoc est circulis cartilaginum. latini asperam arteriam uocant. Dicebatur hæc ab antiquis arteria simpliciter: qui alias arterias, subuenarum nomine complectebantur; sed deinde additum est uocabulum aspera, ut distinguatur à uenis pulsatilibus, quæ dictæ sunt arteriæ à iunioribus. Eius usus est ~~aditum~~ transitum præbere aeri, quem attrahimus. & expellimus respirantes, quo fit, ut ad uocem quoque pertineat. fuit autem necessaria, tum ut temperet aer, qui attrahitur: tum ut effingat uocem. propterea non potuit pulmo ori proximus collocari; quamobrem debet aspera arteria inter respirationis, & uocis instrumenta numerari habuit hæc et materiam, et formam ad utrumque munus maxime habilem: constat enim ex cartilagine, & membrana. illa ad uocis sonum apposita est, hæc ad motum respirationis, interijcitur membrana partibus cartilaginosis, quæ sunt ueluti anuli, ac circuli, à quibus quarta pars detracta sit, unde C litteræ græcæ figuram repræsentant, & σιγμοειδῆ nominant. leguntur eiusmodi cartilagines membrana, quemadmodum ossa, quæ non solum eas inuoluit, sed descendens alligat inferiorem anulum cum superiori: procedens uero in posteriorem partem id totum spacium replet circuli, quod à cartilagine detractum est, neque enim

potuit esse circulus integer cartilaginosus, sed à posteriori parte, qua iungit cum
gula, necessaria fuit membrana, quæ cederet, neq; cum deglutimus, cibo transitum
impediret. habet asperam arteria duplicem tunicam, unam quidem ab ex-
terna parte, alteram ab interna. Externa membranis cartilagines alligat, hb°
ualde innascit. proficisciturq; à membrana succingente, quæ ut alias par-
tes, ita asperam arteriam inuestit. interna tenuis, densa, & mediocriter sicca
est. tenuis quidem, nam si crassa fuisset, occupasset internum spacium: densa, quia
si fuisset rara, non defendisset cartilaginem ab influentibus succis, qui sæpenumero
acres sunt, & erodunt, sicca, quia si humida fuisset, uocem reddidisset rau-
cam. habet interna hæc tunica fibras rectas, per quas aspera arteria breui-
or fit, & longior. assurgit enim cum deglutimus, ut quæ communis sit etiam
gulæ. non autem hæc pertinet ad dilatationem, aut contractionem arteriæ
asperæ, nam perficitur hæc per membranam, quæ cartilaginibus interiecta
est. cum pulmone enim dilatatur, & contrahitur: dilatatur etiam, & contrahitur
aspera arteria. quo spectat ut diximus membrana in orbem cartilaginibus
interiecta. De forma. scire licet figuram asperæ arteriæ foris teretem esse à
posteriori tamen parte planam, qua cum gula committitur: sed intus cauam
cum canalis sit: idonea est eiusmodi figura, quæ & magis ab iniurijs defen-
datur, & magis capax sit. refert uero imaginem trunci, cuius quasi radix sit
guttur: & quasi rami partes quas in pulmonis fibras distribuit. primo bi-
næ, deinde plures. superficies autem externa inæqualis est, ob cartilagines
præsertim à lateribus, & à parte anteriori. nam cum distenditur, mẽbrana
magis prominet, quam cartilago. contra cum relaxatur. interior uero superficies
licet inæqualis sit ob cartilagines excedentes, lenis tamen deprehenditur,
ac uelut pingui humore illita, neq; fibris ullis aspera efficitur. Magnitudine
pertinet à gutture ad quartam uertebram thoracis, ubi bipartita tendit
ad pulmonem, in quem totum diuidit. Situs et colligit. ab anteriori n-
parte collocata est subiecta musculis qui ab osse pectoris tendunt ad os hyoides,

& cartilagini

Cartilaginem scutiformem & tecta membrana carnosa accumbit guttur, uero ad pulmonem fertur: à posteriori parte superijcitur gulæ, à lateribus adiunctos habet neruos recurrentes: sed satis de aspera arteria, transeam° ad guttur.

Est autem guttur caput asperæ arteriæ, quod græci λάρυγξ nominant, factu à natura, ut non solum præbeat aditum aeri, qui ad pulmonē fert, uel ex eodem educit, sed ut uocis sit præcipuum instrumentum, quaobrē nō mō aperitur, ut attrahat aer, aut claudit, ut retineatur, cum necesse est: sed uarie dilatat, atq astringitur ad uocem effingendam: habet aūt in supiori atq anteriori parte operculum, quod uersus posteriorē flectit, per quod quasi per pontem transit cibus, & potus, neq decidit in cauum asperæ arteriæ: ne aūt in eandem illabat, quod per uomitū redditur, efficit, cum astringitur tertia cartilago, ex qua constat guttur; constat enim ex tribus, quas sigillatim experiri oportet; illud autem imprimis intueri licet, quod natura guttur merito ex cartilaginosa substantia constituit, siquidem caro concideret, neque aperta seruaret ad respirationem, præterq quod ad soni uocis inepta esset[+]

...i partim gulam ...eret, partim one...sset.

neq flecti posset aut moueri, ut res postulat nulla igitur substantia accipi potuit magis idonea, q cartilago, quæ & maxime habilis est ad propositum munus præstandum & adiunctas partes minime lædit: ex triplici igitur cartilagine effinctū est guttur; quarū prima[4], & maxima ab anteriori parte sita est, foris gibba[5], intus sima[6], scuto oblongo similis; unde θυρεοειδής, quasi scutiformis græce nominatur: exigit autem binos processus, à superiori parte[7] utrinq unū: & totidem ab inferiori[8], similiter utrinq unum: superiores longiores sunt alligantur q per membranas cum osse hyoide: inferiores uero breuiores, atq hi cum lateribus secundæ cartilaginis, à posteriori parte coalescunt: forma hæc ab externis iniurijs facile defendit. At secunda[9] minor est, q prima, sed maior q tertia; maxime autem in posteriorem partem spectat uersus gulam addit autem quod deest primæ,

...ii. fi. iii. iiii. v.
...ii. fi. iii & v.
...ii. fi. iiii.
...ii. fi. iii. iiii. v. A. B.
...ii. fi. iii. iiii. v. C. D.
...ii. fi. vi. vii. viii.

x. t. ii. fi. vi. vii. x. ad integrum circulum efficiendum. tangitur anterior eius pars ad radicem
xi. t. ii. fi. [illegible] scutiformis superficies anterior leuis est, sed posterior in extima quadam linea
[illegible] quadam assurgit, quae duos sinus efficit. superne uersus posteriorem par
[illegible] tem duo exigit tubercula oblonga, utrinque unum, quae respondent sinubus
tertiae cartilaginis, quam cum prima (ut dictum est) committitur. quatenus
14 [illegible] inferiores eius processus [illegible] habet, et [illegible] quos secunda
in quadam eminentia impressos praefert: inferior pars secundae uersus
gulam tenuis deprehendit, quia magis deorsum descendit ad originem
corum musculorum, qui in tertiam inseruntur. Figura secundae eadem est, quae
anuli, quem Thraces sagittarij dextro pollice gestant. habet enim eius
modi anulus processum latiorem, qui prohibet quo minus prior pars
pollicis in attrahenda chorda arcus laedatur. nomen autem proprium nul
[illegible] lum inuenit. secunda tertia, quam ἀρυταινοειδῆ graeci uocant a similitu
[illegible] dine [illegible] haec ubi membranis tecta est simplex apparet, quibus de
[illegible] tractis, duplex deprehendit. iunguntur enim duae cartilagines simul, per
ligamenta, et succingentem membranam, una a dextro latere, altera a
18 [illegible] sinistro sita est. in medio sinus leuis et profundus apparet, ubi secundae
cartilaginis tuberculum recipitur. [illegible] huius tertia cartilaginis basis
19 [illegible] ampla est, et ab anteriori parte in longum processum desinit, ad basim
20 [illegible] [illegible] quandam efficit tenuiorque ac mollior reddita, pinguiorque arteriae
refert [illegible] in uomitu, neque sinit aliquid in asperam arteriam dela
bi [illegible] flectit estque ueluti γλωττίς hoc est lingua capitis tibiae, nam
aspera arteria tibiam, guttur tibiae caput repraesentat. huic tertiae
t. ii. fi. xii. xiii cartilagini, quae γλωττίς nominatur, superiecta est ἐπιγλωττίς quasi
super linguam operculum prohibens ne cibus, et potus decidat in asperam
arteriam. Habet haec substantiam mollem similem superiori parti tertiae
cartilaginis, estque pinguis et ligamenti modo [illegible] et membrana inuoluta.
confert adeps quam habet, ad facilem transitum aeris, et prohibet, ne

motu

motu exsiccet. Nascitur operculum ab anteriori parte primæ cartilaginis, basi[22] deorsum curuata, inde initio tendens triangulum imitatur, cuius uertex[23] ad gulam introrsum porrigitur progreditur, quà ad palatum spectat, gibbum est, ac mollius; quà ad guttur, cauum, & multo durius. Huiusmodi sunt cartilagines cum operculo, quibus guttur continetur. eius musculi supra quarto libro sunt à nobis expositi. sicuti tertio libro nerui, qui ad ipsum perueniunt, & prope recurrentes.

Locum, ubi caput asperæ arteriæ, hoc est guttur residet, græci φάρυγγα, latini fauces nominant. Continet hic & glandulas, & uuam. Glandulæ, quæ ibi sunt, multiplicem usum præbent, duæ in quà collocatæ sunt ad finem asperæ arteriæ & radicem gutturis, utrique una ad eum locum madefaciendum pertinent; duæ aliæ supra guttur oblongæ à superiori parte deorsum tendentes laxiori substantia præditæ, & eodem inuolucro, quo totum os inuolutæ, tenuiori tamen, tam guttur, quàm gulam madefaciunt: appellant græcè ἀντιάδες, & παρισθμίδες, quasi iuxta ἰσθμὸν. est enim in faucibus ἰσθμὸς, quasi angustia loci, ubi extremum gulæ, & asperæ arteriæ situm est, ubi item glandulæ propositæ, in quarum medio conspicitur uua, quam mox subijciemus. Aliæ glandulæ circa illa replent, quæ sub auribus sunt, uersus fauces; conferunt autem ad nasorum derivationem, non secus quàm illæ quæ ad inguina sunt, aut ad alas.

Vua dicit à græcis γαστρέως, & κίων. & σταφυλὴ, quam quæ postremum uocabulum magis inflammatam partem, quàm partem simpliciter significat; latini, sine inflammata sit, sine inflammatione carcat, uuam appellant. Consistit hæc hiante ore ab extremo palato ad fauces descendens, quasi parua columna, ubi nasi foramina penetrant in os: numerat autem inter instrumenta uocis, quod sit quasi plectrum, & ad magnitudinem, atque elegantiam uocis conducat: sed simul etiam temperat aerem, ne frigidior ad pulmonem penetret, prohibetque ne cum aere puluis in guttur, atque asperam arteriam feratur. substantia huic

careat eo tum inuolucro quo os obducta ad quam usque pertinent deriuata a
illis quæ sunt in palato. Figura pyramidem imitatur, cuius basis ad palatum
est; tenuior pars deorsum spectat.—

De pulmone C.V.

I·T·I·fi·X·R·S·T·V·fiII· N·O·RQ· fi·XII·XIII· fi·V·L·M·N·O·fi·IIII· M·N·O·P·

Pulmonem, quem græci πνεύμονα dicunt, respirationis instrumentum esse, illud satis
demonstrat quod quæ respiratione carent animalia carent et pulmone; quæ
respirant omnia pulmonem habent; pisces enim non respirant, sed per branchias
quantum necesse est refrigerent, pulmone carent; omnia at quæ pulmone præ
dita sunt prædita etiam sunt aspera arteria; quibus deest pulmo, deest et aspera
arteria & dexter uentriculus cordis, qui factus est ad nutriendum pulmonem;
sed cum respiratio ad temperandum cordis calorem pertineat, pulmonem quoque
cordis gratia factum esse fatendum est; nam si cor aerem ex faucibus proxime
attraheret, non interiecto pulmone, careret animal uoce & sermone, neque ua=
leret spiritum cohibere, ubi opus est; ueluti cum demergimur in aqua, aut
putrem aerem uitamus; est enim tunc pulmo ueluti cisterna, aerem
seruans, quem etiam temperat, ne qualitate sua cor lædat; quamobrem factus est pul=
mo ad respirationem & idcirco ad refrigerandum cor; nam reliquæ partes corporis
satis refrigerantur ab arterijs & cerebrum; prætera ab aere, qui per nares ad ipsum
aspirat; cum dilatatur pulmo, impletur aere frigidiore, quem cordi impertit, cum coha=
bit, expellit calidiorem, & ueluti fuliginem, quam excipit a corde; dilatatur autem, et co=
trahitur non per se, sed motu thoracis, cuius musculi cum dilatant, aut coha=
bent thoracem, simul etiam dilatant, uel contrahunt pulmonem; comprimitur pulmo
compresso thorace, dilatatur dilatato thorace, non secus quam fabrorum folles, ne ina=
ne spacium ibi sit, impleat aere; ita ut pulmonis motus referri ad thoracem debeat.
dilatatur autem, et contrahitur in pulmone potissimum aspera arteria, cuius cartila=
gines per ligamenta, quibus nectuntur, magis, uel minus inter se recedunt; mem=
branæ autem quæ circulum cartilaginis absoluunt motum pulmonis in latitudine
efficiunt: per hunc motum pulmo efficitur non solum respirationis instrumentum, sed
etiam uocis; cuius materiam constat esse aerem, qui ex eo redditur: sed præter

manus

minus respirationis. aut uocis praebet pulmo eum quoque usum. ut cum cor
uehementius palpitat. molliter ipsum excipiat: maximè autem habilis est
pulmo qui proposita munera exequatur. siue materiam spectes, siue formam.
fi xii·B· fi·xiii· materia prima est aspera arteria[2] deinde arteria uenalis[3] haec ad cor illa
fi vi·K· fi·xii·D· ad pulmonem aerem affert. his accedit uena arterialis[4] quae a corde ad pulmonem
fi vi·I· fi·xii·C· alendum sanguinem adducit: haec grandior est. quod pulmo multi postulet
alimentum. ob calorem ac motum. et eo sanguinem tenuem. qui facile absu-
mitur. De uena arteriali, & arteria uenali tertio libro egimus, quà de uenis, &
arterijs: de aspera uero arteria paulo superius. Proficiscitur haec a gutture uena arte-
rialis à dextro uentriculo cordis. arteria uenalis à sinistro. Horum trium uasorum
interualla referta sunt molli substantia, fungi modo laxa: a qua et uasa defen-
duntur, et externus aer concoquitur. priusquam ad cor penetret non secusquam cibus à
uentriculo priusquam feratur ad iecur, ad quem usum proposita pulmonis caro
maximè idonea est. laxa, leuis, ac ferè alba; quasi ex spuma concreta; nutritur
enim ex sanguine purissimo, flauo, tenui, spumante quale[m] a corde accipit.
cui multam gratiam refert aerem impertiens. differt sanguis pulmonem
nutriens, ab eo qui iecur: quod longe tenuior sit: ab eo qui lienem. quod cum
tenuitate flauum colorem habeat. Inueniunt at pulmo uelamento quodam tenui,
quod a membrana succingente uasa inueniunt et septum in longitudine effi-
ciente proficiscitur accipit haec ramulos à neruis sexti paris, qui ad uentriculum
feruntur. Sequitur forma quam pulmo nullam propriam habet. sicuti nec ie-
fi IV fi·iii·iiii· in xii· cur. sed talem accipit qualem permittunt corpora cum quibus iunguntur; cauus
enim est qua cum gibbis partibus committitur. ut costis, et à lateribus. ita ut
fi xiii· priorem unguis partem repraesentet. sed anteriori parte gibbus[6] est posteri-
orem unguis partem referens. superficies eius externa leuis est, et quasi gluti-
nosa humore illita quibus uero ad latera alligatur propter fibras asperitatem
praesefert. Caua. quae ad pulmonem attinent. rami sunt trium propositorum ua-
sorum. magnitudo tanta est quanta duo sinus thoracis. dextrum, et sinistrum

7·t·i·fi·i·R·S·T·V· fi·ii·N·O·P·Q·fi·iii· L·M·N·O·fi·iiii·M N·O·P·fi·V·L·M·N·O· fi·VI· i·k·l·m·fi· xii·E·F·G·H·fi·xiii B·C·D·E·

implent. licet autem pulmo unus sit, pene tamen triplex est. ... in dextro thoracis sinu est, et in sinistro quae duae partes dirimuntur septo medio in longitudine coniunguntur tamen per asperam arteriam, per uena arterialem, per arteriam uenalem, quae tamquam truncus bipartitur, cum in dextram, et sinistram partem utraque uero duas fibras habet, quas λοβὸς appellant, unam superiorem, quae circumest ... inferiorem ad costas spurias quae longior ... quinta in homine, ut ... in simijs et canibus ... e quibus ea ... sunt ex septo transuerso excedit, priusque penetret ad inuolucrum cordis. In homine autem uena caua statim cum excedit ex septo, in cordis inuolucrum penetrat, neque eget quinta fibra a parte dextra ... Amplectuntur pulmonis per has fibras cor quasi per digitos ... ex magnitudine ... ita ut impleat sinus thoracis ... constat ... qui per asperam arteriam cordi per arteriam uenalem, et uena arterialem, septo transuerso, et ei quod in longitudinem fertur per membranam. Hactenus de pulmone. ~

De cordis capi tulum ... VI

i·t·i·fi·iii·

Inter cor et pulmonis fibras quas ... digitos complecti ipsum diximus, collocatum est cordis inuolucrum, ac uelut arcula quae περικάρδιον graece nominatur. continet haec cor ... cum suis ... instar theca, ipsumque defendit ab externis iniurijs, ita ut libere in ea dilatari possit. habet autem substantiam simplicem membranam sine fibris crassiorem, et duriorem, sine adipe, siue externam, siue internam superficiem spectes: adeps enim ad membranas pertinet, quae thoracem in longitudinem diuidunt. Figura huius inuolucri respondet figurae cordis, est enim ... nux pinea ... a latiori basi incipiens, et in mucronem obtusiorem desinens. superficies interna ... est ... externa similiter ... praeterquam ubi per fibras ... posteriori parte, atque a lateribus nectitur cum membrana succingente, et cum septo, quod thoracem diuidit in longitudinem.

2·t·i·fi·iii·F·

Foramina quinque in ea deprehenduntur. unum per quod ingreditur uena caua, alterum per quod exit, tertium per quod transit uena arterialis, quartum per quod arteria magna, quintum per quod arteria uenalis, atque hoc duplex est, siquidem uena

uena hæc priusq; ex pericardio egrediatur, bipartita depræhendit. Magnitudo res pondet magnitudini cordis; tanta enim est, quanta complecti ipsum possit, ita ut sine ullo impedimento in ea moueatur. Quod ad numerũ attinet, tota una, & eadem est. Restat situs, hic idem est, qui cordis, quod in ipsa residet, ita tamen, ut nullibi cum ea alligetur, sed undiq; ab ipsa pariter distet; nam & humor ue= luti serum aliquod in ipsa depræhenditur; præsertim in pueris, ac mulieribus, qd calorẽ cordis temperat, & prohibet ne perpetuo motu exsiccet. Orit membrana hæc à mẽbra-

VIII·F·G·H·I·fi: na involuente uenas, & arterias, per quas ea transire diximus. Basis paulo sublimi- or est q; quinta uertebra thoracis, distatq; æqualiter ab osse pectoris, & à uertebris, à dextris, & sinistris costis; at mucro innascitur septo transuerso, magisq; ad sinistrũ latus, q; ad dextrum spectat; & ad anteriorem partem, q; ad posteriorem, idquod facit etiam mucro cordis, ad quod iam pergimus.

De cordis facultate inter ueteres philosophos, ac medicos minime conuenit; siquidẽ Arist: non solum uitalem, sed animalem quoq; & naturalem in corde collocat, ita ut uelit cor esse principium neruorũ & uenarũ: domiciliumq; in quo mens residet. Plato unà cũ Hippocrate, & galeno tres corporis facultates locis disclusit, naturalẽ in iecinore, animalem in cerebro, uitalem solam in corde constituens; quam sẽtentiã sequemur, ut quæ rationi consona sit, cum constet neruos oriri à cerebro; uenas à iecinore, & non à corde, cumq; benè, uel malè affecto iecinore, benè, uel malè habeat naturalis facultas, benè item, uel ma[lè] affecto cerebro, benè uel malè habeat aĩalis. Quaobrem uitalis duntaxat ad cor pertinet. Consistit hæc in conseruanda uita, quæ calore con= tinetur: cuius fons in corde est, à quo per uniuersum corpus diffundit conseruat calor, & cum ipso uita attractione aeris frigidioris, & expulsione fuliginis: attrahit aerẽ ex pulmone cum cor dilatatur, expellitur fuligo cum contrahitur. At cum dilatatur, & contra= hit cor, dilatantur simul, & contrahuntur arteriæ in uniuersũ corpus distributæ, quo fit, ut cuiusq; partis calor conseruet. Refert igitur uitalis facultas ad cor, ad quod pertinet etiam & ira, & honoris cupiditas. His ita constitutis, ueniendum est ad materiam, & formam cordis, ad propositam facultatem maxĩe appositam.

Materia cordis substantia est durior & non minus rubra quam caeterorum musculorum. cui fa
cultas ipsa uitalis, motus cordis ac arteriarum tribuitur. continet haec triplices
fibras, per rectas attrahit, per transuersas expellit, per obliquas retinet. maxime
autem inter se compactae sunt ad mucronem ... substantia efficiunt densiorem
quam ad basim. Tegitur substantia cordis tenui membrana ualde inhaerente, q
4.t.i.fi.v.K.fi.vi.S. lis ea est, qua musculi induuntur. ad hanc pertinet neruulus[4] ... ex sinistro
5.t.i.fi.vi.d. 6.t.i.fi.vi.D.E. neruo sexti paris cerebri deriuatus. iuxta basim uisitur uena[5] et a cauam[6]
7.t.i.fi.vi.D.E. usque cor subeat, diducitur: quae cordis basim coronae modo circuidat. id quod fa
cit etiam arteria[7] quae a magna arteria seminatur, & similiter basim cordis coronat.
Innascitur eidem membranae adeps iuxta basim, quae processus quosdam exigit ri
uulorum modo uersus mucronem descendentes. Ad summam basim substantia quaedam
cartilaginosa deprehenditur in maioribus uero animalibus os, ubi firmiter illigat
uasa, quae aut in cor penetrant aut ex eodem egrediuntur. Forma nunc sequitur,
ad quam referunt figura, superficies, caua, magnitudo, numerus, situs. Figura
cordis eadem est quae coni a basi enim latiori incipiens, ad mucronem acutum de-
sinit non secus quam nux pinea. superficies externa laeuis est praeterquam ubi adnata
est adeps, aut ad basim propter uasa, quae ad cordis uentriculos pertinent. inaequalis
etiam est propter auriculas adiunctas de quibus paulo post agemus. Interna
8.t.i.fi.vii.viii autem superficies ad caua seu uentriculos cordis spectat, ad quos iam aggredi-
9.t.i.fi.ix. x.t.i.fi.vii.H.fi.ix.E. mur. Distinguit cor duobus uentriculis, quorum unus a dextra parte[8], alterum[9] a si-
nistra collocat. inter hos septum[x] medium interiectum est ex substantia cordis
xi.t.i.fi.xi.H.H. differunt autem inter se situ, magnitudine, figura, & substantia. sinister prae
12.t.i.fi.xi.G.G. cipuus est, fere in medio[xi] collocatus si cordis crassitudinem species. ita ut cor ipsius ca-
usa factum esse uideatur. nam dexter sinistro adnexus[12] uidetur: qui et grandior
sit, cum a basi magis uersus mucronem descendat, ad lunatam figuram: siquidem
a dextro latere cauus est, gibbo externo respondens, a sinistro curuus, propter sep-
tum medium quod ea parte assurgit. At sinistri uentriculi figura non similiter lunata
est, sed pyramidis modo superne latior, inferne acuta. nam superficies medij septi,

quæ respondet sinistro ventriculo, caua est, & non gibba, ut quæ dextro. Substantia sinistri ventriculi durior, & crassior est, ac solidior, dextri uero tenuior, & mollior, ac minus solida. pondus tamen dextri ventriculi, & sinistri æquale est. ita quanto leuior est substantia dextri, q̃ sinistri, tanto grauior est sanguis, qui in dextro continetur, q̃ qui in sinistro. septi uero quod medium esse diximus inter utrumq; ventriculum, superficies inæqualis est, propter rimulas, aut sulcos, qui longe euidentiores sunt in sinistro ventriculo, q̃ in dextro: quos tamen nullus abimo ad alterum penetrat, ut nonnulli uoluisse uidentur. Tribus autem nerueis retundentur, quæ in ventriculis deprehenduntur membranas alligant ad uasorum ora collocatas, de quibus tunc agemus, cum quatuor uasa, duo ad dextrum, duo ad sinistrum ventriculum attinentia exposuerimus. Ergo ad dextrum ventriculum duæ uenæ pertinent ad sinistrum, totidem arteriæ sinistri, quem principium esse diximus, uitalem spiritum continet uniuerso corpori distribuendum per magnas arterias quam profert in singulas corporis partes diuisa. Eadem accipit arteriam, quæ quod simplicem tunicam habeat, uenalis modo uenalis dicta est per quam aer a pulmone ad ipsum fertur: refrigeratque calor qui in corde residet. tumq; in fonte per aeris frigidioris, quem cum dilatatur, attrahit a pulmone, & per fuliginem, quam ad eundem detrudit, cum contrahitur. Transit aer frigidus a pulmone ad cor, & calidus, seu fuligo a corde ad pulmonem per uenalem arteriam qui per canalem. Ex ijs quæ dicta sunt tam de magna, q̃ de uenali arteria, colligitur membranas sinistri ventriculi, in quo non tantum spiritus, atq; aer continetur: sed aliquid etiam sanguinis tenuioris, ac iam perfecti: penetrat hic sanguis ex dextro ventriculo, in sinistrum, per septum, quod medium est inter utrumq; quibusdam tamen placet cum sanguinem a pulmone per uenalem arteriam ferri una cum aere: mouentur hi, partim quod in arteria uenali non tantum aer, sed sanguis quoq; deprehendatur: partim quod medium septum inter utrumq; ventriculum cordis solidum sine foramine appareat, mihi tamen magis uerisimile fit, ex dextro ventriculo in sinistrum transferri per septum medium, quod licet peruium

non apparat, non tamen ita densum est, ut non admittat sanguinem in dextro[m] ventriculo extenuatum. Dexter ventriculus sanguinem partim præparat similiq[ue] ph[ilosophi] distribuit pulmoni; quamobrem & vena cava accipit à qua sanguinem hauriat, & arterialem venam profert per quam imperavit pulmoni materiã alimenti. Alicenim pulmonem diximus sanguine prius à corde extenuato. Ex his duab[us] venis ad dextrum cordis ventriculum attinentibus, satis apparet quale sit dextri ventriculi munus. Sed quæ pars eius sint quatuor prædictorũ vasorũ ora, cum pasto claudant, nunc dicendum superest. Primum ergo foramen illud ponemus quod ad venam cavam attinet, quæ ab extremo dextro cordis ventriculo ascendit ad superiorem partem dextri lateris, non tamen ut summæ eiusdem superioris parti sed juxta auriculam, quam mox exponemus subjicit. Hæc pars ventriculi cordis in quam perforata est pars dextræ auriculæ secundum foramen primo longe angustius a superiori parte dextri ventriculi juxta dextrum latus medij septi profert magnam arteriam. Situm est unde vena arterialis exit, quæ ad pulmonem fert. Foramen rotundum & amplum ad ventrum cordis ventriculum attinet. Situm ait est à latere sinistro ad finem basis propè sinistram auriculam cordis. In hoc desinit arteria venalis, quæ à pulmone ad cor aerem affert. Quartum quod lenæ manus est, terræ in medio sinistrorsum cordis partis cordis juxta foramen venæ arterialis situm est. Exit per quartũ truncus magnæ arteriæ, quæ in omnes partes corporis dividitur. Huiusmodi sunt ora quatuor vasorũ ad cor attinentium: singula autem membranis quibusdam claudantur; quæ non sinunt materiam, quam cor attrahit, cum dilatatur extra fervi, cum contrahitur; & vicissim materiam, quam expellit, cui contrahitur, in ipsum reverti, cum dilatat. Ita autem figurata, & collocata sunt membrana illa, ut ad ora vasorũ materiam ad cor adducentium, nimirum venæ cavæ & arteriæ venalis ab externa parte incipientes, intus spectent in ventriculos cordis, sic aptatæ, ut non sinant, quod dilatato corde attractum est, revocedere, cum cõtrahit. Quæ vero ad ora vasorũ materiam ex corde educentium pertinent, ad magna

scilicet

4. ti. fi. V. & C. fi. VII propè C.

15. t. i. fi. VII. D. inter G. & H. fi. VIII. D.

16. t. i. fi. VII. VIII. IX.
17. t. i. fi. VII. VIII. A.
18. t. i. fi. IX. inter. GG.

19. t. i. fi. VI. I.

20. t. i. fi. IX. X. B.

21. t. i. fi. IX. X. A.

scilicet arteriam, & venam arteriale. ab interna parte cordis incipientes, extra fe-
runt: & cum cor dilatat, ita astringuntur, ut non permittant ad ipsum reuerti, qđ
contractu iam expulsum est. Habet unumquodq; ex prædictis foraminibus tres mẽ-
branas, excepto eo quod ad arteriam uenalem attinet, in quo duæ tantũ reperiũt;
neq; enim debuit ad unguem claudi, cum contrahit cor, sed necesse fuit rimam
aliquam relinqui, per quam fuligo ad pulmonem expelleretur: sed uena cauа, uena
arterialis, atq; ea magna foramina habent tribus membranis contenta, à quib⁹
penitus claudunt: proprie ãt os uenæ cauæ ambit tenuis membrana, quæ ipsũ totũ
vii EFG complectitur, procedens q; aliquantisper uersus unum dextri uentriculi, in tres diui-
dit æquales quælibet trianguli modo acuta fiunt, paulo supra dimidium longitudi-
vii HH nis uentriculi ad finẽ ãt uniuscuiusq; nectũt fibræ aliquæ nerueæ, quæ in uentriculi
latera uersus finem inseruntur, neq; illũ aut membranæ aut fibræ cordi illigãt
præterq; ad initium, & finem prohibent hæ quominus sanguis, cum cor dilatat, ex uena
cauа in dextrum uentriculum ingredit: in eadem uenit tat, cum contrahit: tunc
enim claudũtur; nam cum dilatat cedunt, & sanguinem permittunt in dextrũ
fi viii EFG uentriculum penetrare. Secundum foramen cui in dextro inest, cui uena arte-
rialis respondet, tres similiter membranas habet ortas à membrana ipsum circũdante, &
uersus ipsam uenam arteriale procedentes, quæ quidlibet in figuram semicirculi
incipit à trunco uenæ arterialis, ubi aliquantulum assurgit, deinde magis recedens
h viii HH dilatat extra cor, & aliquot tubercula exigua in superficie cordis impressa: ab
his tuberculis tres membranæ ortuntur ad lunatam figuram, quæ nusquam inhæ-
rent uasi, præterq; ad tubercula, à figura ãt grecæ literæ C sigmoides nominatæ: hæ
membranæ cum aperiunt, permittunt, ut contracto corde exeat sanguis ad pulmonẽ
alendum; sed cum claudunt, prohibent, ne idem dilatato corde retrocedat. Foramen
i ix cc uero, per quod arteria uenalis in sinistrum cordis uentriculũ penetrat, circũdat à mẽ-
brana, quæ non in tres, sed in duas tantum diuiditur grandiores, & ualidiores, intro ad
k ix FF uentriculũ spectantes, finiuntur hæc in maiorem ualidiorem: eaq; pars una sinistri
latus, altera dextrum huius uentriculi habet utrq; nucleo, seu processus fibras quasdã

nervosae: quae ab ipso incipientes inserunt ad finem ventriculi in substantiam cordis. Aperiunt hae membranae cum dilatatur cor, a quo permittunt attrahi aërem ex pulmone, sed cum contrahitur claudunt, ac revertere ipsum prohibent, ita tamen ut aliquid fuliginis expelli sinant. Superest os magnae arteriae, per quod a sinistro ventriculo cordis [illegible] 28·l·i·fi·x·ccc spiritus vitalis in universum corpus [illegible] at hae membranae sunt grandiores [illegible] [illegible] incipiunt hae ab ore [illegible] spectant ad [illegible] quarum τριγλώχινας quasi [illegible] appellant [illegible] dilatato corde neque spiritum revertere sinunt, quem a pectoris [illegible] [illegible] proximum [illegible] per quas [illegible] hae eas quae utrinque capiti [illegible] non quidem [illegible] sunt appendices utrinque [illegible] adnexae quasi auriculae capiti [illegible] nomine constitutae ut praediximus [illegible] vena cava aut arteria venalis iuxta quas collocatae sunt, abripiant, cum cor magna vi spiritum et sanguinem [illegible] attrahit. Recipitur autem [illegible] sanguis in dextra auricula contentus a dextro ventriculo et spiritus in sinistra a sinistro [illegible] quo fit ut cor non [illegible] sanguinem attrahat ex vena cava [illegible] spiritum ex arteria venali [illegible] propositae [illegible] a parte externa, cum interna vero, quae ventriculo cordis respondet, cava; implet cavum dextrae auriculae sanguine, sinistrae spiritu cum cor contrahitur, contra exhaurit utrumque cum cor dilatatur. Quapropter factae fuerunt a natura ex substantia tenuiori, laxiori, et nervosa magis quam substantia cordis [illegible] quae similiter contenta quas tenuis ac nervosa caro [illegible] quia facile distendi potest infarcta cum cor contrahitur, et facile rursus concidere exhausta cum dilatatur. Sed quoniam sanguis difficilius sequitur attractus vel expulsus quam spiritus [illegible] dextra auricula laxiorem habet substantiam quam sinistra quae spiritui inservit. Figura utriusque auris a basi in mucronem desinit, foris gibba, intus cava. Externa utriusque superficies aequalis est [illegible] assurgit, interna inaequalis et aspera, sinibus quibusdam, ac fibris distincta. Superat dextra magnitudine sinistram. Numerus iam manifestus est, cum utrinque unam posuerimus; manifestus est et situs, cum una a dextro latere, altera a sinistro superioris partis cordis collocetur; ac dextra quidem

quidem ab anteriori parte uenæ cauæ in longitudinem procedit, superiori parte basim cordis excedens; sinistra ab anteriori sede uenalis arteriæ collocata minus assurgit. Refe=runt tam aures, quàm uasa, & corpora ad uentriculos, quos ad caua pertinere constat, & idcirco ad conformationem cordis, cuius magnitudo, numerus, situs, nunc paucis absoluetur. Scire igitur licet, cor non secusquàm cerebrum homini maius esse, quàm cæteris animalibus proportione sui corporis. quantum autem sit, demonstrat inuolucrum pericardium, in quo continetur. numero autem unum dumtaxat effinctum fuit, quod præstet, ut unum principem in ciuitate, ita in corpore animalis unam esse partem præstantissimam. Residet tandem cor in pericardio; propriè autem eius basis in medio thoracis sita est; si longitudinem anteriorem spectes, à iugulo ad septum transuersum, basis magis à iugulo distat, quàm mucro à septo; si posteriorem, basis uicinior est primæ uertebræ thoracis, quàm mucro duodecimæ; ita ut quod ad longitudinem attinet, basis in medio exquisitè sita sit superioris, & inferioris partis, est etiam sita in medio dex=træ, & sinistræ, prioris, & posterioris; sed à basi reliquum cordis corpus sensim fertur in sinistram, & priorem partem, ita ut mucronis pars posterior, in anteriora conuertatur, & dextra excedat medium os pectoris uersus sinistram; id quod proficiscitur à uena caua, quæ supernè cordi affixa, ad dextram, & posteriorem partem ipsum trahit; quo fit, ut mucro in contrarias uergat, in anteriorem scilicet, & sinistram. Hactenus de corde, & partibus ad thoracem pertinentibus.

[...]ne thoracis [...]es. quæ in [...]ntinentur. CVII

Partes ad thoracem attinentes, quas natura abundè exposuimus, qua ratione se=centur, tradere nunc oportet: cutis igitur à thorace uniuerso primò detrahenda est, & musculi incidendi, quemadmodum in superioribus demonstrauimus, cum de ~~ossibus~~ musculis ageremus; quibus remotis, ueniendum est ad ossa, & primo ad utrunque iugulum, quod à pectoris osse separandum est ualidis ligamentis, quibus nectitur, ualido, & acuto scalpello resectis ea animaduersione, ne, quæ subsunt, lacerentur; spectandaque tunc est cartilago, per quam iugulum cum osse pectoris committitur, quod hoc pacto resolutum à pectoris osse, & à prima costa attolles, & in exteriorem partem adduces, ut cartilago per quam prima costa

[illegible] carnia animus à costis attolles modò in dextrum modò in sinistru latus [illegible] membranas quæ [illegible] pectoris [illegible] quibus inspectis [illegible] septi [illegible] quod [illegible] terminus [illegible] in externam partem [illegible] in longitudine [illegible] transeatur. A summo igitur thorace ad neruosa parte septi [illegible] thorace in longitudi[illegible] separatus [illegible] à sinistra [illegible] ad ceruicem usque, ut deinde si placet intacti eius originem possis [illegible] ad duas membranas thoracé in longitudiné diuidentes, quas inter se diducere oportet, cũ pericardio ac septo transuerso resoluere, atq; à [illegible] uidetur: sic autem facile erit [illegible] prehendere, & in hanc, atq; illa parte dimouere, atq; ita pericardij situm, ac formam spectare: licebit quoq; & pulmonis fibras numerare, ui [illegible] Gal. uidetur [illegible] diligenter inspexeris [illegible] & spongia humore quem continet siccato, a cordis uasis separabis, ita ut sinister neruus recurrens minime laceretur: occurret tunc uena caua, quæ à septo transuerso ad cor fertur una cum duobus ramis qui ab illa in externá partem cordis deriuát occurret & eiusdem nexus cum dextra cordis auricula, occurret & uena sine coniuge

quæ

quæ à cava supra basim cordis nascitur; quæ melius secundet, si dextrâ pulmonis partem versus sinistrum latus attollas, & sinistrâ versus versus dextrum. Post hæc cor manibus prehendendum est, ut vena arterialis, arteria venalis, magna arteria, quæ cum basi cordis committitur, spectetur. Vena quidem arterialis vicina est dextræ auriculæ subalbæ, & inter cordis vasa maxime sublimis. Arteria venalis subnigra est, venarum modo, propè sinistram auriculam latens, humiliori paulò, & aliud aliquod ex vasis cordis collocata. At magna arteria in medio basis cordis sub arteriali vena quodammodo latens deprehenditur; cum huius ramis nervos recurrentes inquires. Iam vero ut pulmonis forma, quæ decidet, assurgat, & ad naturalem statum reverentur, scalpello foramen fiet inter cartilagines asperæ arteriæ, in quod demittat fistula, per quam pulmo inflatus intumescat, aspera arteria sup foramen compressa; pulmone relicto aggredi ad cordis sectionem oportet in hunc modum. Scalpello ad radicem dextræ auriculæ in dextro ventriculi demisso, usq; ad mucronem sectio ducatur, ventriculoq; digitis distento spongia sanguis detergatur, quæ ex vena cava, & arteriali quoq; exprimes; quæ siccata in conspectu venient dexterventriculus versus, in quo stylo diductas tres membranas ad os venæ cavæ sitas inspicies. Quidenihus autem patefient, si scalpellus ex dextro ventriculo in cava vena demissus, auriculam secet; tunc enim non solum membrana, sed ipsius quoq; auriculæ cavum patefiet: quod si plumbeum stylum in coronalem venam demittas, qua ratione cor cingat observabis: versus in dextri ventriculi parte sublimiori digito venam arterialis initium inquires, quod scalpello aperies ut sanguine & spongia detersa, tres membranæ apparebunt in ipsam arterialem venam spectantes, quas stylo diductas discernes: quod si transversa præcidat vena, duplex eius tunica, ob quam arterialis nominata est, cernetur. Eadem ratione et sinister cordis ventriculus aperiendus est, scalpello ducto à sinistra aortæ radice usq; ad cordis mucronem, & sanguine similiter deterso, ut & amplitudo consideret & substantia crassior, & stylo inucumani duæ membranæ ad os arteriæ venalis collocatæ; facilius at invenient, si scalpello dividat venalis art. os, in cuius superiorem partem demittendus est stylus plumbeus ut qua

rationem in pulmones distribuat [illegible] ad eundem sinistrum cordis uentriculum reuerteris, digitoque in sublimiorem partem demisso, magnae arteriae os inuenies, quae dimisso tres membranas [illegible] occurret et [illegible] arterias, quae externam cordis superficiem coronant: ad basim uero cordis inuenies nasceri radices cartilagini ac substantiae duriori illigatas. Ablato corde perspicies quo pacto aspera arteria ex membranis et cartilaginibus constituatur: et in pulmonem diuidatur [illegible] pulmonis [illegible] uenalis ramos persequi; dilaceratque membrana spectare pulmonis substantiam [illegible]asis inhaerentem potes et asperam arteriam a gutture et gula separare, et una cum pulmonibus e thorace auferre, ut quia extra sectionem se ostendat una cum neruis sexti paris ipsam amplexantibus. quod si tunc maxillam ad mentum diuidas, et in utramque partem diducas una inspicere poteris; guttur uero resolutum extrahes [illegible] musculis [illegible] ex quibus componitur una cum epiglottide scal[illegible] [illegible] forma ac [illegible]

FINIS SEXTI LIBRI ANATOMES.

TABVLA PRIMA. FIGVRA PRIMA.

Ostendit hæc figura thoracem à sinistro latere apertum, inter costas quæ ad eodem sinistro lat. in exteriorem è cartilagines, quę similiter in exteriora à latere dextro reflexæ sunt, ut conspectus septum thoracem in longitudinem diuidens appareat.

A A Sinistri lateris cartilagines in exteriorem reflexæ.

B. B. Musculi, qui inter cartilagines collocantur

C. C. Sinistri lateris costæ

D. D. Musculi inter costas repositi.

E Iugulum in propria adhuc sede locatum

F. Venæ è arteriæ brachium petentes.

G. Vena iugularis exterior.

H. H. Sinistra membrana thoracem diuidens, quæ à sinistro tantùm latere apparet

I. I. Sinistra, ac interior septi transuersi sedes.

K. Iungit hæc loco sinistra thoracem diuidens membrana, cum septo transuerso.

L. Hæc sedes adeò extuberat, gratia cordis subiecti ipsum namq; collocatum est inter duas membranas thoracis septum effingentes. suiq; mucrone ad sinistrum latus descendit.

M. Vena sub osse pectoris progrediens

N. Arteria eiusdem lateris.

O. O. Ramuli prædictorum uasorum.

P. P. Nervus dexter septi transuersi, qui descendes thoracis septa ab eodem latere inhæret.

Q. Vena, quæ cum imper dicto nervo descendens in progressu ramos septi thoracis carnosi spirit

R. S T. V. Sinistri lateris pulmo, cuius externa sedes notatur propriè R S. interna T V ostendunt. præterea R T. partem superiorem, S. V. exteriorem.

FIGVRA II.

Repræsentat hæc fig.a os pectoris, una cum costarum cartilaginibus sursum reflexis, ut earum interna sedes in conspectum veniat, costæ verò in exteriora effractæ sunt, ut facilius inclusa uiscera innotescant.

A A Interna ossis pectoris, & cartilaginum sedes

B. C Duæ venæ sub osse pectoris ad abdomen descendentes

D. E Duæ arteriæ cum prædictis venis ad abdomen tendentes.

F Glandula ad uasorum distributionem in iugulo reposita.

G. G Portio dextræ membranæ ex diuidentibus thoracem quæ pectoris ossi dextri lateris ~~distributum~~ respondens

H Portio prædictæ membranæ pulmoni ~~distributæ~~ respondens.

I I Portio sinistræ septi thoracis membranæ, quæ primus sinistro ossis pectoris lateri inhærebat.

K Portio prædictæ membranæ pulmoni respondens

L L Spacium inter duas septi thoracis membranas.

M M Cor inter duas septi thoracis membranas situm

N O. P Q. Gibba pulmonis pars costas respiciens, propriè à N O eam quæ à dextro latere: P Q quæ à sinistro ~~ostendit~~

R. R. Portio septi transuersi à mucronata cartilagine, & spuriis costis liberata.

S cartilago mucronata.

T. V. Thoracis cutis deorsum reflexa.

FIGVRA III.

Ostendit hæc figura cor proprijs membranis inuolutum, una cum pulmonis parte ipsis adnexa

A. Vena caua, & arteria magna ascendentes præcisæ, relecto uasorum portione, quæ cordis inuolucro inhærent

B. C. præbet à B. ad C.

D. Anterior cordis inuolucri sedes, conum representans.

E. F cuius latior pars notat propriè D E. mucro F

G. Notat ab F. ad G membranarum pars septo transuersæ adnata at venæ ibi conspicuæ membranis cordis distribuitur.

H. Portio septi transuersi

I. I. Portio septi transuersi nervus

L. M. N Pulmonis fibræ.

FIGVRA IIII.

Demonstrat hæc figura cor à membranis resolutum, in propria tamen sede locatum.

A. Hinc cordis inuolucrum originem ducit.

B B Cordis inuolucrum ab anteriori sede in latera reflexum.

C D E Anterior cordis sedes, & proprie C. basim indicat, E. mucronem.

F. Vena caua.

G. Vena arterialis

H. Arteria magna.

I. Dextra cordis auricula.

K. Sinistra.

L. L. Rami à uena, & art.ª coronaria à posteriori, & sinistro cordis latere ad anteriora tendentes

M N O P. Pulmonis fibræ.

Q. Septi transuersi portio

FIGVRA V.

Ostendit hæc fig.ª pulmones cum corde à propriis membranis liberato ac in sinistrum latus conuerso, ut ipsius nexus cum uena caua appareat.

A. Cordis dextrum latus, ac magna eius posterioris sedis portio.

B. Dextra cordis auricula.

C. Vena caua; quà cum corde iungitur.

D. Venæ cauæ portio, per septum transuersum penetrans.

E. Septi transuersi portio.

F. Portio uenæ cauæ ascendentis.

G. Initium uenæ sine coniuge

H. Truncus magnæ arteriæ descendentis.

K. Ramus sexti paris neruorum cerebri à quo cordis neruus deriuatur

L. M. N. O. Fibræ pulmonis.

P. Vasorum pulmonem adeuntium ductus.

FIGVRA VI.

Repræsentat hæc fig.ª cor in dextrum latus reflexum, ut origo arteriæ uenalis una cum cordis neruo, & dextra eius auricula in conspectum ueniat; adspiciliore at doctrina exhibiti sunt in hac fig.ª nonnulli magnæ art.æ rami, una cum portione asperæ arteriæ, & neruorum sexti paris cerebri.

A. B. C. Sinistrum cordis latus

D. Venæ, & art.æ basim cordis circumplectentes

E. Ramuli nuper dictæ uenæ & art.æ ad cordis mucronem descendentes

F. Sinistra cordis auricula

G. Arteria uenalis

H. H. Rami prædictæ art.æ ad sinistri lat.is pulmonem pertinentes.

I. Venæ arterialis initium

K. Portio prædictæ uenæ ad sinistri lat.is pulmonem procedens.

L. Portio eiusdem ad pulmonem dextri progrediens.

M. Portio sextæ coniugationis cerebri

N N. Vena caua.

O. Caudex magnæ arteriæ.

P. Truncus magnæ arteriæ descendentis.

Q. Ramus magnæ art.æ ad sinistrum brachium pertinens

R. Truncus magnæ arteriæ ascendentis.

S. Prædictus truncus dexter ramus à quo dextri brachij arteria emergit, notata T.

T.

V. X. Arteriæ carotides

Y. Truncus asperæ arteriæ.

a. Dexter ramus sexti paris neruorum cerebri

b. Ramuli à prædicto ramo deriuati, ac dextrum recurren-

c. tem neruum constituentes, qui notatur c.

d. Sinister ramus sexti paris neruorum cerebri

e. Ramulus à prædicto ramo ad sui lat.is pulmonem descendens.

f. Ramuli sinistri nuper dicti rami sinistrum recurren-

g g tem neruum efficientes, notatum g g.

h. Neruulus, qui iuxta uenam arterialem procedens, in cordis basim diuiditur.

i k l m Pulmonis fibra

n. o. Septum transuersum.

FIGVRA VII.

Ostendit hæc figura cor à pulmonibus, ac septo transu.o resolutum, dextro ipsius uentriculo in long.um ab orificio uenæ cauæ usque ad mucronem diuiso, ut membranæ ad id orificium collocatæ se ostendant.

A. Vena arterialis

B. Arteria uenalis

C. C. Dextra cordis auricula aperta.

D. Venæ arterialis orificium.

Tres

LIBER SEXTVS

E. F. G. Tres membranæ ad venæ cauæ orificiũ collocatæ.

H. H. Prædictæ membranarũ fibræ nerueæ cordis mucronẽ descendentes.

I. Cordis septum.

FIGVRA VIII.

Differt hæc figura à prædicta, quod uena arterialem diuisam, ac apertam demonstrat.

A. Orificium uenæ arterialis diuisum, ac apertũ.

B Arteria uenalis.

C. Dextra cordis auricula.

D. Quà uena arterialis orificiũ spectat.

E F G. Membranæ ad prædictũ orificiũ collocatæ.

H. H. Aliæ membranæ a nuper dictis mẽbranatæ.

FIGVRA IX.

Refert hæc fig.ª sinistrũ cordis ucntriculũ aptũ.

A. Sinistra cordis auricula.

B Arteria magna.

C. C. Duæ membr.ª ad orificiũ art.ª uenalis sitæ.

D. Sub hac nota arteriæ magnæ despicit orificium.

E. Fibræ p cordis substãtiam, ac septũ ipsius diuisæ.

F. F. Initiũ membranarũ, quas notauimus. C C

G G Arteriæ uenalis orificium.

FIGVRA X.

Decima fig.ª eadem quæ IX.ª ostendit, & præterea diuisionem à B. ad D. ut mẽbranæ ad magnæ art.ª orificiũ collocatæ in conspectũ ueniant.

A. Sinistra auricula cordis.

B. B. Arteria magna.

C. C. C. Membranæ ad orificiũ magnæ art.ª collocatæ.

D. Orificiũ magnæ arteriæ.

E. Septum cordis uentriculos diuidens.

FIGVRA XI.

Repsentat hæc fig.ª cor transuersim dissectũ.

A. Portio uenæ cauæ.

B. Dextra auricula cordis.

C. Arteria magna.

D. Vena arterialis.

E. Dextra auricula unà cũ art.ª uenalis portione. Oes prædictæ notæ simul iunctæ superiorẽ cordis partem ostendũt.

F. F. Cordis mucro.

G. G. Dexter uentriculus.

H. H. Sinister.

I. I. septũ uentriculos diuimens.

FIGVRA XII.

Refertur hac fig.ª anterior pulm.ũ ps à corde resoluta.

A. A. Gula

B. Aspera arteria

C. Vena arterialis.

D. Arteria uenalis.

E. F. G H. Quatuor pulmonis fibræ & proprie G. H. pulmonũ partem ostendunt, septũ trans.m respicientem.

I. Septum transuersum.

FIGVRA XIII.

Ostendit hac fig.ª pars pulmonũ costas respiciens

A. Portio asperæ arteriæ

B. C. D. E. Pulmonis fibræ

F. F. Sinus inter dextri, & sinistri lateris pulmones

ANATOMIES



Tabula unica Libri IV.

TABVLA SECVNDA. FIG.ª I.ª & II.

Ex his duabus figuris prima guttur ab anteriori parte, una cum progressu asperæ arteriæ per substantia pulmonum ~~respondeat~~ repte (?) latet, altera guttur & truncum asperæ arteriæ à posteriori latere, quæ omnia sine notis satis conspicua sunt.

FIGVRA III. IIII. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIIII. XV.

Tertia figura cartilaginem gutturis scutiforme à dextro latere ostendit

Quarta ab interiori.

Quinta à priori.

Sexta 2.ª gutturis cartilag.ⁿᵉ ab anteriori parte refert

Septima à priori, sed dextra.

Octaua à posteriori.

Nona tertiam cartilaginem à dextro latere ostendit

Decima à priori.

Vndecima à posteriori.

Duodecima inferiorem epiglottidis sede mostrat

Decimatertia superiorem quæ palatũ respicit.

Decimaquarta una ex cartilaginibus asperæ arteriæ G. litæ gcæ imagine referentem indicat.

Decimaquinta à posteriori

A. B. 3. 4. 5. sublimiores primæ cartilagĩs processus.

C. D. 3. 4. 5. Humiliores

E. F. 7. 8. Pars secundæ cartilaginis cui inferiores processus primæ illigantur

G. H 3. 4. 5. Angustior ac breuior primæ cartilag. sedes, quæ inter G & H conspicit. linea e p.ª cartilag. ~~respe~~ in duas diuidens

I 6. 7. interior secundæ cartilaginis sedes

K. L 6. 7. inferior scdæ cartilagis sedes integru circulum efformans & propriè ss anteriore circuli parti enat. q tangentibus occurrit L posteriore processus medio descendentem. quæ in viij.ª fig. notat. L.

M. 7. 8. linea assurgens in posteriori p͞te scdæ cartilag.ⁿᵉ

N. O. 8 Duo sinus utrinq. sinus à laterib. p̃iectæ lineæ.

P. Q 6. 7. 8. Duo tubercula secundæ cartilaginis quæ in sinus primæ inseruntur.

R. S. 9. 10. 11. qua tertia cartilago cũ secũda committit.

T. 9. 10. 11. Hoc loco tertia cartilago nihil præter gutturis ~~cartilaginem~~ membranas continet.

V. X. 9. 10. 11. quà tertia cartilago cũ secunda alligatur

Y. Y. 9. 10. Processus tertiæ cartilaginis uncei os efformantes. cuius anterior pars notat Z

Z.

a. 12. 13. Radix epiglottidis. quæ à prima cartilagine enascit

b. 12. 13. Apex epiglottidis, quæ in posteriora tendens guttur claudit. cum cibum, aut potum deglutimus —

FIGVRA XVI.

Representat ~~hæc fig.ª palpebrarũ cartilagines~~

Decimaseptima ostendit [illegible] cartilag. quæ in sinibus superioris appendicis tibiæ resident. ubi M eam ostendit, quæ

M. in sinu dextro sita excipit externum

N N. femoris caput N.N. uerò ea quæ in sinistro.

O. O. Duæ hoc loco crassiores uident cartilag.ⁿᵉ

P. P. Nexus dextræ, & sinistræ cartilaginis.

Decimaoctaua [illegible] manus ab exteriori, et interiori latere õndit

A ubi A eam portionem demonstrat

B. quæ sub aspectum cadit. B. uerò unguis radicem representat.

R. Decima nona cartilaginem indicat. quæ in commissura Iuguli cum summo humero collocatur.

S. Vigesima eam quæ inter iugulũ, et os pectoris sita est.

FINIS SEXTI LIBRI



Tabula VII. Libri I.

FINIS SEXTI LIBRI.

De capite cap.

Thoracis, ut partium vitali facultati inservientium naturam, & sectionem superiori libro complexi sumus, sequuntur nunc instrumenta facultatis animalis, quorum natura similiter ac sectio referenda est: ordiemur à capite, in quo maxima ex parte continentur. Videtur caput factum fuisse à natura propter cerebrum, quod est domicilium facultatis animalis, & ideirco sensus, & motus: reperiuntur tamen animalia, veluti canceri, & testacea omnia, quæ quàmuis sensu, & motu prædita sit, vel carent capite, vel id vade omnino habent, atq; informe eorum cerebrum in thorace situm est, ita ut non debeat ἐγκέφαλον à græcis appellari, quam in capite, cum in eo minimè collocetur. Constat igitur caput non fuisse factum propter cerebrum, cum in pectore quoq; reperiatur, sed propter aliam partem, oculos nimirum, ut ex sublimiori parte loco, tamq; ex specula prospiciant quæ distant, quemadmodum in navi qui malum conscendunt, longius enim prospiciunt, q; qui in puppi manent. Quòd si obyeias easdem crustaceas bestias, quæ oculis prædita sunt, quis capite careant; ita ut neq; etiam propter oculos factum esse caput videatur, cum in pectore etiam oculi collocentur: respondebimus, & homini, & cæteris perfectioribus animalibus, quæ plurimum distantia cernere debuerunt necessarium fuisse caput, unde tamq; ex sublimiori parte, quæ remota sunt cernerentur. Quamobrem oculorum gratia effinctum fuisse à natura caput fatendum est: sed cum non possint tuti ferri per longum iter nervi molles, quales illi sunt, qui a cerebro ad oculos tendunt, cerebri prope oculos collocari opus fuit, & ideirco in capite quamobrem caput primo factum fuit propter oculos, atque alia sensuum instrumenta. Deinde propter cerebrum.

Substantia capitis non est caro aut sola quemadmodum ventris, aut nuncupatis ossibus quemadmodum thoracis sed os duntaxat. Neq; enim debuit distendi quemadmodum venter ob cibum potumq; plurimum, neq; dilatari & contrahi ad respirationem ut thorax. Merito igitur ex osse effinctum fuit caput, ut stabile esset, organa includit partis tuerentur. Neq; enim opus fuit substantia musculorum, qua capitis partes moverentur: tantum enim movetur, qua cum cervicis vertebris committit.

Quot & qui musculi hoc munus perficiant quarto libro enarrauimus. Nominat os capitis græce κρανίον, quasi κράνος hoc est galea. latine uero caluaria. Siquidem continet quamplura ossa per suturas inter se compacta, neque enim solida est, eo autem spectant suturæ, ut partim exitum præbeant fuliginis, partim quasi foramina sint parua uasa ab internis partibus ad externas permeare, partim ut ligamenta a dura membrana cerebri per eas progredi ad componendum pericranium possint. est enim περικράνιος membrana eadem, quæ caluariam tegit, quæ περιόστεος reliqua ossa. tegitur deinde pericranium carnosa membrana, cute ac pilis, a quibus omnibus defenditur cerebrum. Figura capitis est quasi pila a lateribus utrinque depressa. magnitudo respondet magnitudini cerebri, quod in homine proportione totius corporis, si cum cæteris animalibus confertur, maximum est. collocatum autem est caput supremum ut oculi (ut dictum est) sint in loco sublimiori, committiturque cum prima & secunda uertebra ceruicis, ita tamen ut luxari non possit, ualide enim astringitur, non solum ab ossibus, sed etiam a ligamentis, & a musculis. si e suo loco exiret, periret statim respiratio una cum uita. non tamen ita arctatur, ut non possit in priora & posteriora, atque in latera moueri, quemadmodum ostendimus, cum de capitis musculis ageremus.

De crassa & tenui membrana cerebri C II
1 t i fi i AAA B
2 t i fi ii E E

Inter cerebrum & caluariam membranæ interiectæ sunt duæ, quas græci communi uocabulo μήνιγγας uocant. prima crassa est & dura, secunda tenuis & mollis. illa ad naturam ossis, hæc ad naturam cerebri magis accedit. idem euenit aeri, & aquæ, quæ ut inquit Plato, interiecta sunt inter ignem, & terram. aer magis ad naturam ignis, aqua magis ad naturam terræ accedit. crassa igitur membrana media est inter os & tenuem, tenuis inter crassam, & cerebrum, non solum situ, sed etiam substantia. tenuis dicitur græce χοροειδής, a similitudine secundi inuolucri fœtus, ut quæ similiter atque illud plurimis uenis atque arterijs distinguitur. per arterias pulsat tenuis membrana, ita ut dilatata ad crassam accedat, atque rursus recedat cum contrahitur. alligat autem uenas atque arterias, & cerebrum inuoluit, ac stabile redditur uniuersum, neque diffluere patitur, excepta cerebri mollissima substantia.

substantia ipsum innuersum ambit, & per eius amfractus atq; usq; ad internos ventriculos penetrat, quod si hac detracta, cerebrum nudetur, planú fiet, ätq; orbiculare figura amplius retinebit, non solum in iuuenile animali, sed etia in mortuo, q̃us iam concreuerit probibet tandem ne contactu crassioris mẽbranæ lædatur ob quã causã circundat etiam processus quos cerebru exigit, ut neruos, spinæ medullam, instrumeta olfactus substantia iam exposita est, cum tenuem, ac mollem ~~cerebri~~ membranã propesuerim. Externa superficies æqualis est, lævis, & aqueo humore illita, tantum præminet, quà eminentiores partes mulcent. Altera membrana quam crassam & duram esse retulimus, media cum sit inter caluariam, & tenuem non solum situ, sed etiam substantia, efficit ne caluaria suo contactu tenuem offendat: venas item, & arterias ad tenuem transmittit, membranulas profert, quæ per caluaria transeuntes, periosteum membranã constituant: est tandem cerebri non tegmẽtum, ut tenuis, sed propugnaculum aduersus ictus, ac mẽbranæ impressiones. Substantia iam manifesta est, cum membrana sit crassior, & dura; seiue tamẽ licet, magis crassam esse in inferioribus partibus, ubi cerebrũ totum sustinet, q̃m superibus. Figura eius eadem est, quæ interna caluariæ, quam succingit, quãq; & sephum[3] quoddam efficit inter priores partes cerebri, & posteriorem illis adiuncta, & aliud rursus[4] inter dextrum, & sinistrum cerebri latus ad figuram falcis, cuius mucro iungitur cum processu[5] octaui orsis caluariæ dividente instrumeta olfactus: incipit autem ubi desinit posterior ventriculus seu appendix cerebri, dorso[6] spectante ad caluariam, aeque ad cerebri corpus callosum[7] superficies crassæ membranæ externa aspera est propter fibras, & ligamenta quibus nectitur; interna lævis, lucida, sine adipe aqueo humore madens, ut eũ tenuis dilatatur, & ipsam attingit, facile ab ea recedere possit. Quod attinet ad cauia, seu foramina, crassæ membranæ undiq; solida est, præterq; ubi ex eius sinibus uasa producuntur, tertio cuius libro quã de uenis, & arteriis tractauimus, ostendimus quatuor sinus à crassa membrana duplicata confici, in quibus ramq; inuenis continentur, q̃uis. sibi sunt autem primus, & secundus sinus, unus à dextro alter à sinistro latere

ti fi VII QQ fi VIII VV
ti fi III DDD
ti fi III N
i fi CCC
i fi III LLL
y fi VII Q Q fi IX TTT fi XII Q
y fi VII PP fi IX SSS fi XII O

occipitiq; incipiunt enim à finibus suturæ lambdoidis & per internum os procedunt.
x·t·ij·fi·vii·R: usq; ad eum locum ubi duo latera lambdoidis inter se concurrunt. ibi n dextri &
xi·t·i·fi·i·ccc·fi· ii·BB·t·ii·fi· vii·S·fi·xiii·p. sinistri simul coeuntes tertium quendam efficiunt maiorem, qui quasi lacunam ductus appellatur à quo reliqui duo sinus oriuntur. unus longior qui progreditur per suturam
12·t·ij·fi·vii·T. quam sagittalem uocant ad coronam os caluariæ, quod efficiens ... alter recta tendit ad priorem cerebri partem neque ascendens aut descendens donec donec ad eas particulas perueniat, quas à similitudine ... appellant. ab his quatuor sinibus complures uenæ deriuantur quas ... Habet igitur crassa membrana tot foramina quot ... sunt, quæ ... propagantur quibus accedunt parua ad os ... & quæ ... & medullæ à cerebro procedentibus & ... à cerebro ad ... crassæ membranæ ... & tenui membranæ qua continet respondet. Numero crassa membrana una est licet septa & processus exigat, de quibus iam egimus. situs expositus est cum inter tenuem membranam & caluariam collocata sit. ... caluariæ ... ad ... sphenoidis ... glandula resideat. ... cerebri excipiens ... alligatur ad basim & lambdoidi suturæ q; superioribus partibus ... ac membranis pergamus ad cerebrum

De Cerebro C III

Animæ facultates ad uitales, naturales, & animales referri inter omnes conuenit quia partes at residant magna dissensio est. Plato quem Galenus sequitur locis eas distinxit cum naturalem in iecinore, uitalem in corde, animale in cerebro collocauerit. Aristoteles cor omnium trium esse domicilium uoluit, & ut iecur ad ... sustinenda ita cerebrum ad refrigerandum cor, & uapores qui ex eius à uentriculo exhalant, coquendos, ac ueluti in pluuia uertendos factum esse existimauit; cuius sententiam Galenus multis argumentis euertit; duo autem probat de cerebro. unum quod non sit idoneum, aut necessarium ad refrigerandum cor; alterum quod sit domicilium animalis facultatis. Quod igitur non sit idoneum ad cor refrigerandum probat primo ex temperatione cerebri. deinde ex situ. ex temperie, quoniam cerebrum tactu calidius est quam sit aer æstiuus, & multas in se habeat uenas, atque arterias, à quibus calefit. Ex situ, quod non

contineatur

256

communicatur in thorace prope cor, sed in capite, ubi & ualde distat à corde, & crassa membrana, caluariam, atque ipsum thoracis tegumentum interposita habeat, quae non sinunt eius frigus ad cor aspirari, neque enim profert cerebrum magnos canales, per quos frigus cordi impertiat, sed paruulum neruulum dumtaxat illi distribuit, ita ut non minus idoneus sit ad refrigerandum cor calx, quam cerebrum; Magis uidetur cor calefacere posse cerebrum, quam hoc illud refrigerare. Quod uero cor non egeat cerebro ad remittendum calorem satis demonstrat pulmo qui cum cor dilatatur, frigidum aerem ipsi impertit, cum contrahitur, eius fuliginem admittit, ita ut duplici nomine ipsum refrigeret. Aristoteles autem in libro de respiratione ostendit naturam non effinxisse in eodem animali brachia, & pulmonem, quod alterum dumtaxat refrigerando cordi sufficiat. At quod cerebrum animalis facultatis instrumentum sit, confirmat Galenus ex constitutione ipsa quae non informis est, spongiae modo, qualis ad refrigerandum sufficeret, sed admodum artificiosa: siue eius partes, ut corpus callosum, fornicem, κωνάριον, plexum retiformem, peluim, canales, ac uentriculos; siue processus, qui ab eodem oriuntur intueris. Idem etiam colligit ex animalibus facultatibus, tum ex praecipuis ut ex intelligentia, memoria; tum ex sensu, ac motu; quae laeso cerebro, laeduntur; curato, restituuntur, cum alioquin ualere possint corde male affecto. Addit, quod alligatis carotidibus arterijs, cerebrum adhuc fungitur suo munere, & uiget animalis facultas, ut quae non in corde, sed in cerebro habitet: sed alligatis neruis animalis facultas sentiendi & mouendi, quae à cerebro per ipsos transmittebatur, non amplius transmittitur, ita ut uacet à suo munere: quamobrem concludit Galenus cerebrum animalis facultatis domicilium esse, in quo uitales spiritus animalem uim acquirunt.

Quod autem cerebri compositio maxime habilis sit ad proposita munera exequenda, facile apparebit, siue materiam, siue formam spectes. Materia propria cerebri substantia est quae ut cordis substantia spiritum uitalem, ita animalem proferre potest: haec neruis simillima est, quos profert, mollior tamen, ut rerum omnium imagines admittat, quae per sensus quasi per nuntios afferuntur. mollior autem est à priori parte, unde maxime oriuntur nerui, per quos sentiendi facultas distribuitur, durior à posteriori, quam

παρεγκεφαλίδα [illegible] uocabat cum sub nomine ἐγκεφάλου [illegible]
partem [illegible] [illegible] Cerebri substantiam [illegible] medullam [illegible]
[illegible] ponerret in spina. [illegible] [illegible] nominaret [illegible].
ἐγκέφαλον quasi cerebri [illegible] separant [illegible] [illegible]
tolleranda est. ita illa maxime reprehendenda, quae [illegible] [illegible]
fertur. quod scilicet substantia cerebri [illegible] et medulla spinae [illegible] est [illegible]
utrumque [illegible] parte [illegible] [illegible] quod ne tenui membrana [illegible] satis sup declaratum est.
Quod attinet ad formam cerebri totius figura eadem est quae membranae [illegible] in qua [illegible]
[illegible] non multum distat a figura [illegible] capitis [illegible] [illegible] autem
caluaria ab inferiori parte magis plana est quam superiori, et a lateribus itaque cerebrum. Ex
teriores cerebri particulae anfractibus[3] quibusdam distinguuntur septis a tenui membrana
deprehendunt [illegible] magis in anteriori parte nam posterior [illegible] [illegible] magis sta
bilis est neque [illegible] eget tenui membrana [illegible] [illegible] particulas cuiusque [illegible]
facilius alimentum hauriat quam anterior. quae cum magna sit ut commodius [illegible] plurib
eiusmodi anfractibus et alimentibus eget. superficies quidem propter anfractus inaequalis
sit, et non plana, lenius tamen tota sentitur; insunt in cerebro uentriculi, et canales,
qui iis [illegible] continentur hunc spectant particulae complures quibus cerebrum [illegible],
ut plexus retiformis, corpus callosum, corpus ψαλλιδοειδές, κωνάριον [illegible] [illegible]

4·t·i·fi·iiii·MM· NN·fi·V·MM·fi· VI·EE· — uermiformis, pelius, infundibulum, glandula quorum omnium usus, et natura explicanda est
Diuiditur cerebrum in quatuor uentriculos. quorum duo a priori parte, unus a dextro[4]

